oīa. Accedit ad hac difficultatē. qđ mihi parate sunt p̄uate q̄dam il
loꝝ insidie. qui virū hic doctū neminē vellent. q̄ ipsi inter luscos
oculatissimi viderētur. Itaqꝫ oīno hinc mihi alio tandē migrandū
est. si velim vt mihi et reb⁹ meis salubriter esse consultū Sꝫ q̄m tpm
est habēda ratio. nūc mihi velificādum est ꝓ ventoꝝ flatib⁹ Quo fit
vt in ꝓximū hꝫ annū hic futurus sim. Vis āt pestilētie. qđ nosse vis.
iam prope omnis cōtabuit. Vale ex Florentia cal. nouem.

¶ Franciscus philel. Ioāni aurispe S

libros quos alteri cōmendauit repetit.

Queriit mihi risum lr̄e tue quib⁹. Macrobiūqꝫ dionē quos
cōmodato acceptas repetēti respōderis eos me tibi dedisse dono quo
tpe Cōstantinopoli sum ꝓfect⁹ ad regē. Romanoꝝ Sigismundum
Etiā niteris oīe mihi ꝓbare tuū cōuentū vt tuū iucuis admodū
eēm. me putarē oblitum mei At vereor q̄m senectutē attigeris. ne
ipse obliuiosus sis factus. nā sunt qui senectuti imbecilitatem me
morie ascribūt Ego eī memoriter memini. cū essem treuenem pro
pe incensurus petijsse te. vt hos illos codices ad reditum vsqꝫ meū ex
Pānonia tue fidei cōmēdarē tutius eī eos apud te futuros q̄ domi

Cum vero conſtantinopolim reuertiſſem. tu aberas in Ytalia Quos ſi poſteaꝙ̃ in italiam redij. illos ſerius repeto. nolo ob id putes me eẽ oblitũ mei. Quare te rogo vt eos iure poſtliminij vti ſinas quod tum feceris cum libri ad me reuerterint Vale ex Florentia primo Idus Septembres.

Franciſcus philel. Ioanni lamole Salutem
Conductum ſe ait in triennium.

NE aut te aut alios. quos huc diſcendi gratia venturos ſignificas ancipites teneam. ad proximũ menſem. Iuliũ maximo cũ totius huius ciuitatis conſenſu ac ſtudio cõductus ſum p̃mio aureum trecentorũ quinquagenorũ in ſinglos annos ꝓ toto triennio cuius quidem ſtatuti t̃pis initiũ eſt quintodecĩo cal. nouẽbris Quod t̃pis curriculũ faciat deus optim⁹ maximus. vt cũ minima in me moleſtia liceat percurrere Vale ex florentia cal. auguſti.

Franciſcus philel. Nicolao arcimboldo iureconſulto S
Singulariter quẽdam cõmendat amico

EX qua die te Bononie primũ vidi. cum legatus preſtantiſſimi Mediolanenſiũ ducis Philippi Marie illac iter faceres. tanta me tibi beniuolentia deuinxiſti vt oĩa me tua cauſa facturũ libenter vltroq; receperim Et tu itẽ cõtra mihi oĩa tua ſtudia ⁊ officia es polliicitus Itaq; t̃ps obtulit vt ipſe anteuertã. cum anteuerti libẽtius vellẽ. quippe qui honeſta in re opera tua opeq; vti velim. Qui me as tibi l̃ras reddidit. iuuenis eſt ſenenſis eneas Siluius noĩe. honeſta natus familia mihiq; chariſſim⁹ non ſolũ quod annos duos meus auditor fuit. ſed etiã ꝙ ad ingenij acrimoniã dicẽdiq; lepore moribus eſt et vrbanis et cultis Cupiditate ãt ductus viſendi Mediolani ad vos venit. Quid multis hoĩem tibi tanto ſtudio cõmendo vt maiore nequeã Quicquid in hunc vel officij vel opis contuleris in meipſum collatũ exiſtimabo Adhortationem aũt illam tuam neq; ſum oblitus nec obliuiſcar quidem Cum hac ipſa de re meus eneas iſtẽ tecum verbis meis quedam commendabitur. Vale ex Florentia Nonis Nouembres

Franciſcus philel. Anthonio panhormite. Sa. d.
Conſuli ſibi ſuiſq; rebus petit.

EGo mi Antoni mallẽ iſtic eẽ vbi quietior mihi (vt exiſtimo vita offerret) ꝙ̃ Florentie vbi oĩa ſunt tumultuaria plenaq; inuidie Ad quod animi conſiliũ tũ multi me hortant̃ tũ Guarin⁹ nẽ in primis ſunt mihi Mediolani amici nõnulli. ſ; Guarnerius Caſtellio et Nicolaus arcimboldus et Aloyſius Crottus õnium primi

Cum iſtis igitur velim de re mea aliquid commentaris. et quod ipſi hanc in ſententiā dixerint ad me ꝙ̄ primū et ꝙ̄ diligētiſſime perferendam cura Nam ſi honeſta mihi conditio fuerit oblata eam nō detractabo Vale ex Florentia iij. idus Julias

Franciſcus philel. Joanni auriſp Sa.

Factionem florentinorū moleſtiā ſibi eſſe dicit

QVod in ſtate poſite ſunt res mee nō eſt difficile iudicatu Vniuſa hec ciuitas factionib⁹ timet Nec diu abeē pt quin pariat maximi quippiā mali Preterea noſti qui mihi aduerſi ſunt Vbiq; gentium malim eē ꝙ̄ Florentie Vale ex florentia iij. idus decem.

Franciſcus philel. Franciſco barbaro Sa. d.

Commendat amico quendam

NOſti iampridem quāta mecū familiaritate atq; beniuolentia coniunctus eſt Antonius capanorenſis Qui quanq̄ ſua ꝓbitate et innocētia tibi debeat eſſe chariſſimus tū vt mea etiā cauſa aliqd cumuli accedat ad priſtinā tuā in eū benignitatē. te etiā atq; rogo. Va le ex Florentia terco cal. Januarias

¶ Franciſcus philel. Joanni auriſpe S. Pollucē repetit.

MIhi polluce meo vehementer opus eſt. Ita rogo te vt eum ad me ire ꝙ̄ primū cures Nam illum tibi tātiſper vſui dedi donec abs te repeterē Quare fac ne secundū hac de re ſcribā Vale ex Florentia iiij. cal: Januarias

Franciſcus philel. Ambroſio monacho Sa.

Admonitum ſe dicit vt ſibi caueat

LItere mihi tue ſemꝑ gratiſſime fuerunt Indicātē nī dilucide ab quibus mihi cauendum ſit Verū vtar equidē more meo. vt et nemini nocēā et laceſſit⁹ iniuria me virū eſſe meminerim. Vale ex edib⁹ noſtris Florētie xiij. cal. Februarias

¶ Fran phi. Thome ſarzanēſi. S. Maturari ꝓmiſſa petit.

PLacuerūt q̄ ſcripſiſti mihi v̄bis Reuerendiſſimi cōmuniſq; pr̄is Cardinalis. Nec aliud quicq̄ habeo qđ reſpondeā. ꝙ̄ maturato opus eē. Nam hic oīa ſunt turbulētia et mihi nequaq̄ tuta Cauſam tibi iampridē ſignificaui. Cura igitur ne fruſtra nihil ſcripſiſſe iudiceris Vale. Et me clementiſſimo patri. Cardinali et cōmendatū et carū reddito. Ex Florentia xiij. cal. Aprilis

¶ Franciſcus philel. Karolo aretino. S. d.

Inimicū corripit q ſibi inſidietur

SVnt nōnulli qui me monuerūt. vt mihi a te caueam Moliri enī te mihi neſcio q̄s i ſidias. vt q̄ eruditiōe & ꝓbitate nequeas

facinore mihi noceas Sum equidē idmiratus quod neq3 deum me tuens. nec hoim famā tāto sceleri te obnoxiū sis facturus pserti cū nullā habes iustā aduersus nos cām Nō em vitio dandum mihi est si te doctior existimoz magisq3 disert9 sz ingenio ignauieq3 tue q̄ si ita lris & bonaz artiū discipline operā dares. vt exercēdo fenori & flagi tio qēs me fortassis multo supior Nā q̄d iactites ijs āchoris te muni tū. vt nullos fluctus. nullos turbines ptimescas. vidi ego psepe tā tū eē vētoz impetū. vt nulle āchore nullū robur nulla alia munimi na satis sint. q̄ validissimas etiā naues tueātur. quo min9 obruant fluctuū vorticib9 ac patiātur deniq3 naufragiū Itaq3 prudēti9 feceris si ratioi malueris q̄ ptrbatiōi parere quaz altera excutit ex homi nū mentib9 tenebras insanie ptrbatio vero lucē sapiētie Tu de me nil Karole habes q̄d iure queas expostulare. Nā neq3 puplice neq3 priuātim nocui tibi vnq̄ Quin vt scis nōnūq̄ es a me pulcherrime laudat9. vel tū maxime cū a quibusdā grauib9 integerrimisq3 viris eēm cōmonefact9 te mihi moliri insidias. Id em idcirco a me factū est. vt aliquādo puderet te tui atq3 resipisceres. Sz quātū possuz au gurari tāta est vis morbi. quo inuidētia te excruciat. vt nullis neq3 hūanitatis. neq3 admonitiois remedijs ad sanitatē redeas. Me tū nulle tue mouebūt iniurie. quo minus pergā similis esse mei Vale Florentie ex edibus nr̄is Idibus aprilib9

¶ Franciscus philel. Nicolao nicolo Sa. dicit
Inimicū vilipendendo arguit im pbitatis

Ego te Nicolae nicole vel ex vsq3 Constantinopoli ex Chrisolo ra socero meo sapiētissimo clarissimoq3 viro quā eēs ingenio quib9 morib9 ad vnguē didicerā Cūq3 postea italiā reuertissez eadē ac eti am plura tū ex Guarino veronēsi. tū ex Joanne aurispa viris pru dentissimis & appime eruditis audierā Nec destiti tamē ea pstare oia. quib9 te mihi summa beniuolētia deuincirē At nullis meis nec officijs nec meritis potui te aliū reddere. q̄ eēs iā fctūs et diuturna consuetudine cōfirmat9 quippe qui tibi magne laudi ducas. si psta re id queas. vt viri oēs docti & boni tua opa & industria florētia ex trudāt Itaq3 gloriaris & Chrisolorā florētia a te eē expulsuz et Gua rinū et aurispā ambos turpiter eiectos Reliquū eē Philelphū vnū quē aut breui exulem facies aut male afficies Quid isti tibi tua velit oratio nō intelligo. Nō em eiusmodi sunt mentis tui vt mihi quicq̄ possis incōmodare Nam quod ad florētiā attinet ego mea spōte in uidie cedere institui. nō minis tuis q̄ nullaz es viriū nullusq3 auto ritatis vir. nō metu potētioris cuiuspiā cuius opib9 audaciaq3 insa

lius. ſed dū viuā ipſe mihi liber cum muſis Vides tu ſane. niſi penitus me-
tis luminib⁹ captus es q̄ vnus Philelphus vniuerſe ciuitati charus eſt.
et periucundus Nihil neq̄ priuatim nec publice petitur a me fruſtra. Si
lapides ipſi loqui poſſent omnes in meas laudes linguas ſoluerent Nihil
gratificantur oēs quecunq̄ optarim. obſequūtur oēs inſeruiunt omnes
Quia vir bonus et grauis cuiq̄ aduerſer bene p merito pmererique aſſi-
duiſſime ſtudenti. Vellim mihi dicas quod eſt arratū aduerſus te meum
Non de oībus in rebus tibi vſq̄ morem geſſi Quid habes quod mihi des
criminiſ. Num ſinis te virū iam decrepitū et rerum humanarū callenti-
ſſimū ſeduci a verſuta maleficaq̄ vulpecula carolo aeretino. Nonne ani-
mi aduertis aliq̄n deprauatū perditiſſimi hoīs corruptumq̄ ingenium An
pateris eum vti te veluti inſtrumento quodam furoris ſui. Reſipiſce reſi-
piſce tandem Conſidera annos tuos Quandiu nobiſcū futurus es? Quod
ſi nullū putares fore diuini iudicis vel premium vel ſuppliciū. hominū tñ
de tua vita atq̄ moribus exiſtimatio tibi verenda eſſet. Ego quod in me
erit vt nunq̄ preſtiti. ita tibi preſtabo nunq̄. non mō inimiciciarū ſed ne
minime quidem vel ſimultatis vel indignatiōis materiam Vale ex Flo-
rentia ex edibus noſtris idibus Apri.

¶ Franciſcus philel. Cincio Romano apoſtolico Secretario S.
Hortatur amicū vt pmiſſa opere copleat.

QVam mihi ſpem iampridē in vrbe. Roma coram recepiſti vt eam mi-
hi perducas ad finem: te etiam atq̄ etiā rogo Nunq̄ mihi crede. in-
termorietur apud me officiū tuū Noui bonitatē animi tui. noui integrita-
tem benignitatē preſens expertus ſum. Scio non falles opinionem de te
meā Reliquū eſt. vt cepta pficias Vale ex Florentia p̄die cal. Maias.

¶ Franciſcus philel. Ambroſio monacho S. d.
Gratias agit officioſo amico. Itē excuſat ſe q pmiſſum non
pſcerit

DE re mea te multum habuiſſe ſermonē cum viro
clariſſimo Coſmo medice et eum de me amiciſſime ſentire vehemen-
ter gaudeo preſertim cum tibi vt ſcribis. ſanctiſſime reſponderint michi
non modo non eſſe formidandū mali quicq̄. ſed ne cauendum quidem.
Non enim poterā non ſubuereri. ne quid aduerſus me inſidiarū inſtitu-
eretur Verum miror quid Laurentius. Coſmi frater quotiēs in me inci-
dit. ſemper obliquat faciē ſalutatuſq̄ a me reſpondet omnino nihil. Sed
quoniā Coſmi fide debet mihi certius eſſe nihil. aliorum mores ferā equo
animo De diogenis aut laertij verſibus quod perturbane expoſtulas ne
mihi ſuccenſeas rogo Nam partim occupationib⁹ meis ptim animi mo-
leſtia. ob continuas inuidiorū in me inſidias factum eſt verſus illos lati-
nos facere. vt iuſſeras diſtulerim in hanc diem Sed geram profecto mo-

rem voluntati tue idq; propediem Diodorum ſiculum ad te dedi. Vale Florentie ex edibus noſtris ſexto nonas Maias.

Franciſcus philel. Bornio ſale Jureconſulto. Sa.

Moleſtiam ſui ſtatus narrat.

ET te et vniuerſam familiã tuam immo nr̃am valere perbelle libenter accipio atq; deũ oro vt ita q̃ diutiſſime habeas De me aũt quod ſcire cupis. in freto nauigo ſiculo inter ancipites eſtuãtiſq; procellas, et turbulentiſſimos fluctus Exiſtimatam Bononiã ſolam ciuilibꝰ factionibus diſſidere Sed Florentia longe magis diſcordiis ac ſeditionibꝰ feruet. Vtinam huc aut veniſſem nunq̃ aut abire liceret pro dignitate ſed neutrum mihi integrum eſſe video Nuncius mihi fuit impedimento, quo minus tibi potuerim oĩa explicare ignoſce Vale ex Florentia v. nonas maias.

Fran. philel. Franciſco barbaro ſa. Cãm cunctatiõis oſtendit.

ACcepiſſe te ſcribis michi non commode eſſe. Florentie ita eſt ſane vt accepiſti Idq; quid recte augurarís nulla mea culpa Ad vos autem redire nondũ mihi eſt integrum Cũ licebit. te faciam meis lr̃is certiorem Nam totũ hũc annũ (id quod ꝑmoleſte fero) obſtrictus ſum reipublice florentie Occupationes mee faciũt. vt tecũ hoc tpe longior eſſe nequeã Vale ex florentia v. nonas Maias.

Fran. philel. leonardo arretí. Sa.

Rationem reddit cur abierit.

CRiſpus Caſtelliũculus auditor et familiaris meus renunciauit mihi tuo noĩe abitionẽ iſtinc meã, et ꝑmoleſte tuliſſe te, qm̃ ꝑuatus eſſes iucũdiſſima nr̃a cõſuetudine. et rurſus ꝓbare, quia iſtic eſſe non poſſem ſine certiſſimo vite periculo adeo quoſdã aĩaduerteras inuidie flãmis aduerſus me indies magis magiſq; eſtuare. Vtrũq; certe quod mihi ſignificaſti pre ſe fert ꝑſpicuum argumentũ ſingularis tue beniuolẽtie erga me At ego ſane mi leonarde. quanq̃ libenter agebam Florentie tũ ob alias pleraſq; cauſas. tũ etiã propter te eruditiſſimũ et optimũ virũ. tñ eo magis equo animo florẽtia careo qđ inter iſtos flores multe vipere dilitescũt. et quidem venenoſe ac peſtifere. Nec enĩ te latet quanta moderatiõe animi quãta etiã patientia ſp̃ tulerim inimicorũ inſidias. Itaq; ne ſemper impendẽti naufragio ſubiacerẽ, ex iſtis quotidianis ⁊ turbulentiſſimis fluctibus in ꝓximã Sene vrbis ſtationẽ hãc me recepi vbi tamdiu futurus ſum donec aliquis ſecundior flatus in tutiorẽ portũ aliquẽ me conuexerit Nam ne hic quidẽ ſatis tuto me agere poſſe video. ꝓpter iſtorũ ꝓpinquitatem. quibꝰ vitã meam odio eẽ aĩaduerto Sed hac de re ſatis Tu velim me facias certiorẽ de oĩ tuo ſtatu Vale ex Sene iij. idus apriles

Fran. philel. Alberto zancario Salutem.

Reſponſurum ſe breui dicit.

AT recte tu mi Alberte et per amice facis. qđ de me nunq̄ desinis ali quid cogitare et agere. quod honorificū mihi et fructuoſum ſit Conditio quā mihi ꝓponis nomine tue florentiſſime reipuplice talis eſt. vt eā non modo non im ꝓbem ſed et probem potius et laudem Ceterum breui respondebo tibi. Vale ex Sena pridie Idus Aprilles.

Franciſcus philel. Petro perleoni Salutem
Certior fieri vult de ſtatu amici.

SIlentium tuū iam diuturnū tanq̄ inuſitatū ſuſpitionē mihi affert neſcio quā Itaq; ſi tibi bene eſt. vt et opto et volo. ſcribe ad me q̄primum. quo tecum vna gaudeā. Sin ſecus eſt. id quod minime oīm velim. ſcribe etiā mihi quo tibi conſilio ſaltem prodeſſe poſſim. Vale ex Sena. pridie idus aprilis.

Franciſcus philel. Antonio panhormite ſa.
Librum alterius ſe non poſſe mittere ait.

TErentium quem eſſe apud me voluiſti. illi ad te dedi cui tu per litteras dari iuſſeras Lucretius. quem tantopere flagitas ſi meus eſſet. continuo ad te iret Sed de re aliena irrequiſito dn̄o nihil mihi agendum exiſtimo At non requiſiui modo. verūetiam rogaui atq; oraui dn̄m eius Codicis vt ſineret me in rebus ſuis liberalē eſſe Sarei eſt capitis a plane inexorabilis Nullo pacto induci poteſt. vt ne apolim Lucretius nauiget. veritus ne qui ob poculū amatorium furuerit. rurſus firenis parihenopes veneficio interceptus inſaniat Vale ex ſena iij. idus otobribus.

Fran. philel. Leonardo iuſtiniano ſa.
Increpat quendā q̄ ſibi res ſuas non reddit.

NEſcio quo tandē iure. te ades affirmaris. vt contra omne vel amicicie vel humanitatis ius meos mihi libros ac veſtes non reſtituas. Tue eīn iuſticie fuerit. qui te iuſtinianū cognamines vt que apud te depoſuerā. tueq; fidei commendaram mihi pro tua fide tuaq; innocentia reſtitueres Quare et hortor et moneo. ne me diutius vana ſpe ludas ne iniuria me afficias. ne me veteris amicicie noſtre obliuiſci cogas Vale ex ſena Idibus ſextilib᷒

Fran. philel. Ambroſio monacho Sa.
Paruiſacia t inimicū.

PAucis reſpondebo tue prolixiori epiſtole Ego amiciciā. Coſmi medicis nolo. inimicicias contemno Nam et infenſi animi ſimulata beniuolentia nihil eſt pernitioſius. et ego ita prudentie armis muniui me. vt nullas inſidias pertimeſcam Vale ex ſena v. idus Decembres.

Franciſcus philel. Senatui et populo peruſino ſa.
Ignoſci ſibi petit q̄ non ſatiſſacit
votis amicorum.

ET humanitatem erga me veſtram vehementer amplector et libera
litatem maximi facio Doleo aūt et permoleſte fero. quod his tempo
ribus littere mihi veſtre reddite ſint quibus iam alijs ſidem dederā. Hāc
vero inuiolatā vt preſtē. et ipſe cogor et iam vos idemtidē velle non dubi
to Quod ſi tī pcſtiue veſtre ad me lr̄e aduolaſſent eē̄m ꝑfecto deſiderio vr̄o
incredibili mea cū voluptate obſecutus. Ornaſſemq꞉ vr̄am iſtam ſplen
didiſſimā iuuentutē pro virili parte non mō loquendi ſed etiā viuēdi lau
datiſſimiſq꞉ artibus Qm̄ igitur honeſtatē cauſe intelligitis. ignoſcite mi
hi ſi minus hac in re expectationi vr̄e rn̄derim Vale ex Sena idi. Sep.

¶ Franciſcus philel. Leonardo arretino Sa.
loqui ſe ait per tabellarium

QVicquid ſarolus pratēſis auditor noſter verbis tibi meis expoſuerit
ſic habeto. ac ſi coram ipſe tecū loquerer Nihil eſt eīm dicturus tibi. qđ
ab me non dicendū ſit acce pit Vale ex Seua cal. Octobribus.

¶ Franciſcus philel. Catoni ſacco Iurecōſulto et oratori Sa.
Excuſetoria epiſtola.

REddite mihi ſunt lr̄e tue Cato mi dilectiſſime non Sene ſed Bono
nie quo venerā ad xvij. cal. februarias Vt maturē ad vos aduentū
meum non eſt in me ſed in principe noſtro. qui ſi fecerit. vt id michi facere
liceat per bononienſis. quibus obſtrictus ſum. ad Auguſtum vſq꞉ conti
nuo te videbo Vale ex Bononia Idibus Febrũa.

¶ Franciſcus philel. Ioanni tuſcanelle Salutem.
Conſilium de ꝓfectione aperire.

DE me quod flagitas ſcire ad proximas ſtudij vacatiōes quas vocant
Mediolanum ſum petiturus eo quidē conſilio vt ſi quam mihi nobi
liſſimus ille ꝓnceps. ſpem lr̄is maximā polliceret re ipſa inuenero apud
neminē mali ꝙ apud eū vitā agere. Sin ſecus offendero ad venetos me
recipiā Nam nihil incertius ꝙ Bononie res ſecunde Quāto eīm fortuna
blandius videtur aſpirare. tanto magis aduerſi ventorū flatus metuēdi
ſunt Vale ex Bononia Idibus aprilibus.

¶ Franciſcus philel. Raphaeli fulgherario Salu.
Morā ſuā excuſet

QVod diutius diſtulerim meū ad vos reditum nulli culpe mihi aſcribi
tote Nam ego iampridē hinc ſoluiſſem ſi liber eſſet padi trāſitus. Sʒ
id cū ſine lr̄is ducalibꝫ nemini liceat atq꞉ eas in hāc diem exorare nequiue
rim. fcm̄ eſt vt ſerior fiat mea hinc abitio Quid āt ſit in cauſa nō intelligo
Quotidie mihi a principe rn̄detur ꝙprimum ſe mihi morē geſturū. Sed
huiōi ꝙprimū nondū vſquā apparuit. Qui apud principē et auctoritate
valent et grā me monent. nec ſim importunior Non eīm temere fieri Ita

q̃ me ipſius ſum neſcius Non deſiſtã tñ omnis obſidere q̃ ꝑncipi aſſiſtũt donec liberã abitionẽ impetrauero. Interea vero tpis commẽdo tibi familiam meã. ſiquidẽ arbitraris functurũ egregio erga te officio Vale ex mediolano ꝓdie cal' Junias.

¶Fran. philel. Alberto zancario Sa.

Grãs agit amicis ꝓ donis. Laudat ariſteũ. et rus amici.

Et a te ſane prudenter fcm̃. quod mihi ex itinere fatinato lac coagulatum miſeris. egebam eñ iſtiuſmodi refrigerationis genere Itaqz non minus te laudandũ exiſtimaui perinde atqz egregium coagulandi artificem quendã q̃ Ariſteus fuerit a priſcis arcatectibus laudatus. Is eñ cũ in arcadia late regnaſſet. quo ſibi maiore beniuolẽtia arcades deuinciret. per multa vt erat ꝑnceps non ſomnolentus et obtuſus ſed. acri ſtrẽnuo qz ingenio et excogitauit et aduenit. que ad cõmunem hoim vel vtilitate vel voluptatem accedarẽt. Quare is omniũ ꝑmus cum apum atqz mellis tũ etiã lactis vſum ad coagula inuenit. ꝯ hominib' tradidit q̃uis mellis auctorem Naſo affirmet liberũ patrẽ extitiſſe. Tuum rus igitur non poſſum non amare. cuius conſuetudie id te video aſſecutum. vt ad vrbanas lautitias ruralem fecunditatẽ adiungas Nam cum lac ſolum ex omnibus cibis ad homis naturã ſit ſatis. tũ idem coagulatum delectat etiã plurimũ Quod aũt ſcire vis quid egerim apud excellentiſſimũ ꝑncipem Philippam Mariam. cum in preſentiam veneris omnia narrabo tibi. Vale ex Mediolano xvi. calendas Junius.

¶Franciſcus philel. Joanni Anthonio brixiano

Venturum ſe ait.

Heſperi michi reddite ſunt littere tue Itaqz cras ad vos ibo Nam ante id tempus hinc ſoluere non licuit. Cum mihi in hunc diem nullus equus Itaqz ignoſce breui mee huic more Vale ex Ticino v. cal'. Decem.

¶Fran. philel. Honufrio Stroze ſa.

Succeſſus ſuos narrat et amicũ latenter allicit.

Quod fortaſſis apud vos nundũ increbuerit ego apud hunc preſtantiſſimum principem Philippũ Mariam ex illis ethruſcis turbilentiſſimiſqz fluctibus tanq̃ in trãquillũ atqz ſecurum relique vite portum. me recepi Vbi omnia mihi affatim ſunt oblate que non ſolũ ad emolumenta ſed ad dignitatẽ attinent Vtinam mihi liceret tecũ oĩa libere commentari quia ipe vellem. et tua noſſe intereſſet Sed temporum eſt habẽda atqz hoim ratio Nec eñ me latet. vbi locorũ es et q̃ tibi cauendũ ſit Itaqz ferã equo animo deſideriũ meum Ceterũ illud vnum non reticebo. principez hunc meum. et patri tuo clariſſimo viro et tibi et vobis omnibus optare oĩa pro volũtate veſtra. atqz nihil hic magis cupere q̃ in oĩbus rebus vobis peregregie ꝓdeſſe Tu ſi quid eſt quod a me velis fac. vt ſciam et factũ

pntá Vale ex Mediolano nonis Decembribus

Franciſcus philel. Joanni Aurispe ſalu.

Librum ſe dicit ſub conditione miſſurum.

TV ſemper aliquid petis Inſeruis aūt raro Quid hominis ſis ignoro. Petis a me Diona pruſaēſem quē equidē dabo ad te ꝓpediē ea lege vt eum aliqn̄ patiaris ad nos redire: Ibit enī codex ille ad te mutuo non dono Quāobrem facito. vt ex cōmodo tuo nihil mihi tandem incōmodes Tuſcanellam noſtrum opto bene Valere. ex Ticino idibus Decem.

Franciſcus philel. Joannecto philoſo. ac medi. ſa.

Arguit quendam ꝙ librum alteri non reddiderit.

ROgo te maiorē in modū. vt meum. Virgilij codicem ac item cōmentatorem Seruium cures ꝗ̄primum Bononiam ꝑferri. et. Alberto Zancario cōmuni amico nomine meo reddi. Id quod in hanc diem non feciſſe te non poſſum non mirari Nec enī debes oblitus eē. ꝙ quid mihi cū iſtinc abirem. coram receperis et quid poſtea ad te ſcripſerim Fuerit igit̄ officij tui ne diutius lr̄is meis ſolliciteris Idq; vt facias abs te non peto. ſolum. ſed etiam contendo. Vale ex Ticino xv. cal. Januarias.

Franciſcus phi. Petro micheli equiti aurato ac Jureconſulto Salutem.

Hortatur amicum.

CVm idoneus eſſet ablatus nūcius. cui meas ad te lr̄as darem viſus es admonendus id quod fortaſſis haud ignoras. te apud hūc humaniſſimum principem noſtrum valere auctoritate plurimū. Itaq; tibi opa danda eſt vt bene ꝓmerearis Quod ſi feceris ꝓmagnū es fructum conſecuturus Reliqua tu corā ex hoc iſto nuncio cognoſces. Non enī omnia cōmittenda ſunt litteris Vale ex melodiano. ꝓdie cal. Januarias.

Franciſcus philel. Gornio ſale iureconſulto ſalu.

Cauſam dicit cur deceſſerit.

DEſiderium de me tuū me non iniuria plurimū delectat Eſt enī plenum amoris precipui erga me tui Sed velim ſcias mutuū eſſe amorem noſtrū planeq; ſingularem Non enī magis me dſideras ꝗ̄ deſideraris a Philelpho. Dij malefaciāt factionibus veſtris quib⁹ diuina omnia humanaq; confunduntur Jam iterū ad vos iui eo ſane conſilio. vt a vobis non decederē. Sed neſcio qua vel hominū peruicacia. vel fatali aſtro ſit factum vt his inciderim in atrociſſimas veſtre reipuplice ꝓcellas. atq; tempeſtates. Muſis inter arma nuſquā bn̄ conſultum eſt. ſed Bononie longe periculoſius Itaq; habēda nobis fuit ratio et dignitatis et quietis Ego iuſſu principis mei adhuc ago papie ad paucos dies Mediolanū petiturus cū vniuerſa familia Vbi oīa mihi pata ſunt et admodū et ad dig

nitatem. Vale ex Ticino iij. idus ianua.

¶ Fran: philel. Petro Thomasio philosopho ac medico Sa.

Epistola excusatoria.

IAm mihi integrū non est vt tuo vtar consilio Sum enī huic excellentissimo principi obstrictus non solum fidei sanctitate. quā preterire non licet. sed maximis etiam beneficijs. quibus si abuterer. possem iure ingratitudinis obnoxius fieri At emori malim q̄ vlla vel minima iniuri nota infamie. Ita aqꝫ rogo te per indissolubile amicicie nostre vinculū vt me dignitatis mee rationē habere patiare. Nam quo pacto me amicicia tua dignum iudicares. si forem iniustus Quod si iusticie fundamentū est fides patere equo animo quod pmissa atqꝫ cōuenta inuiolata sim seruaturus Mors ipsa duntaxat nos ab hoc pricipe abstrahet. Et meum in te amorem nulla neqꝫ fortuna. nec temporū mutabilitas labefactabit Vale ex Ticino pridie calendas Februarias.

¶ Franciscus philel. Alberto Zancario sa.

Concessisse se ait in alium locum vbi in magno est honore exceptus.

VT scias quem in locū missurus posthac sis tuas lr̄as ego nudiustercius concessi Mediolanum cum vniuersa familia rebusqꝫ meis omnibus. estqꝫ aduentus meus tum ab hoc prestātissimo pncipe. tū ab vniuersa republica exceptus periucunde adeo vt vnus Philelfus oībus sit in honore Mirabile dictu est. q̄ sum honoratus ab omnibus Bene cepta seruet deus Quod si fiet nemo me vno neqꝫ fortunatior neqꝫ beatior. Vale ex Mediolano idibus Februarijs.

¶ Franciscus philel. Anthonio panhormite. Sa.

Accusat superbie quendam.

IAm ditior factus es. id quod ea coniectura assequor quod te superbie obnoxium facias Nam dū nihil respondes homini amicissimo tot a me litteris inuitatus quid aliud esse rear in causa q̄ supbiam. At ne illud te lateat velim in q̄ plus est fortune in eo minus esse virtutis Quare tibi cauēdum est. ne dū pecunijs diligentius inuigilas. negligentiorē te pstes circa ingeniū pbitatisqꝫ pstantiam Vale ex Mediolano pridie Idus ma.

¶ Franciscus philelphus Petro Thomasio.

Philosopho ac medico Salutem.

Hortatur amicum ad vicissitudinem lr̄arum

QUod afficiaris maxime desiderio visendi mei habeo sane exploratissimum vel ex ea coniectura quam de meipso nunc facio. Qui enim

non deſiderem te et viſere et complecti et oſculari: qui cũ vetere eaq; ſumma beniuolentia ſim coniunctus. Accedit preterea virtus mea et doctrina et eloquentia ꝑ merita citro vltroq; collata quib⁹ plane fit vt nr̃a vtrimq; memoria nullo nec locorũ nec tẽporum interuallo extingui q̃at Ceterum quãquidẽ quod velimus fieri nequit id velim⁹ qđ queat necẽ eſt Vtendum igitur nobis eſt mutuo ſcribẽdi officio, vt qđ lingua non pt arundis pſtet viciſſitudo Id et facillimũ eſt vtriq; nr̃m et iocundũ in primis Et quo inſtituin der huiuſ̃ muneri pero abs te vt me facias certiorẽ de reb⁹ orientalibus maxime de Thurcis. ſi quid habes noui. Vale ex Mediolano tertio nonas Julias.

¶ Fran. philel. Andreoceo petrucio ſalu.

Amari ſe dicit et inuicem amare.

QUod abſentis mei perpetua recordatione imaginẽ pre te feras ſicẽm ſcribis. non poſſum equidẽ nõ letari Affers enim argumentũ minime obſcurum egregie cuiuſdam beniuolentie in me tue At ego quo item animo in te ſum, debes ex teipſo coniecturã facere Et fieri ſane nullo pacto natura poteſt vt non eque ametur. qui vero amat. Itaq; tibi debes indubitato pſuadere te mihi eſſe chariſſimũ. idq; cũ ob hõneſtã cauſam qđ me amas tũ etiam quod ea virtute viges vt dignus ſis. qui ameris ab omnibus Deſiderare aũt te preſentiã meam hoc ſane in te eſt Nam ſi Mediolanum viſere inſtitueris quod eius rei tecũ iſtic agerem. aliqñ facturum affirmabas et preſens pñtem videbis Philelphũ meum et multa cognoſces que abſens attingere nunq̃ poſſis Itaq; tuum erit. vt cũ primũ tibi facultas dabitur huc venias Quod ſi feceris magnã mihi crede voluptatem conſequere Vale ex Mediolano nonis iulias.

¶ Fran. philel. Joanni aurispe Sa.

Hortatur amicum ad librorũ lectionem.

TOtus es in librorũ mercatura. ſed in lectura mallẽ. Quod ſi faceres longe melius et tibi et muſis conſultũ eſſet Quid enĩ prodeſt libros ſicidie nunc emere nunc vendere legere vero nunq̃ Ego quos vendam habeo libros nullos Emerẽ potius ſi pecunijs abundarẽ. Quinetiã in hac pecuniarum difficultate. ſi quod opus oſtenderis. qđ precio dignum cenſeam eniter emere. etiam ſi ſeruire me oporteret Declarabis igitur per litteras qui libri tibi et quales ſunt venales. Qđ ſi feceris intelliges me nulla premi inopia. Sũ enim apud eũ principem. apud quẽ egere poteſt nemo Vale ex Mediolano viij. idus iulias.

¶ Franciſcus philel. Joanni Tuſcanelle Sa.

Juditium philelphi de Quintiliano.

DE Quintiliani declamatioib⁹ quid ipſe ſentiã paucis accipe. Equidem Quintiliani inuentionẽ vehementer probo. Eſt ea enĩ et acuta

et prudens Sed orationis eius filii mihi ſane non placet caput enī hiſpani-
tatem neſcio quā. hoc eſt barbariē plane quandā Nullam habet elegan-
tiam. nullum nitorē. nullam ſuauitatem. Et que non ꝑcipua modo. ſed
neceſſaria ſunt in oōē. neq; mouet dicendo Quintilianus. neq; ſatis do-
cet nec delectat Sed videtur ſomnolētus quiſpiā et incompoſitus. Tenet
forſaſſe Quintilianus quātum ex eius ſcriptis aīaduertere poſſumꝰ. nō
nulla cōmoda ꝑcepta artis rhetorice. Multa cōmemorat multa colligit.
Sed ita ſui diſſimilis eſt. vt que alios docet ipſe ignorare videatur. Verū
concedamus illi doctrinā ſi ita libet omnino Mouendi vē delectandiq; vī
nullam habet. Que quidē duo qui oratori ſubtraxerit. non oratorem illū
ſed aratorem demonſtrabit Vale ex Mediolano v. idus Iulias.

¶ Franciſcus philel. Iacobo caſſiano Cremonenſi preſbitero Sa.

Hortatur quendam vt libros reddat.

Victorinus feltrenſis doctor tuus. ac idem eruditiſſimus vir. mihiq; amiciſſimus. monuit me ſuis lr̄is. duos tibi meos dediſſe ad me codices. quorum altero euripidis tragedie. altero mathematicorū libri continerentur quos cū arbitretur pluribꝰ iā menſibus michi redditos eſſe mirari ſe ſcribit ꝙ nihil ad me lr̄arum ea de re acceperit Itaq; te etiā atq; etiam hortor meos mihi libros ꝙprimū reddēdos cures Qd ſi fortaſſe neminem habes cui tuto rem committas. Habeo illic hoīem familiarē et virum optimū Catonem ſaccū clariſſimū et iureconſultū et oratorem et philoſophum Nunc igitur illi meos libros reſtitues quo et officio tuo. et Victorino doctori ſatiſfacias mihiq; pro tua liberalitate morem geras. Vale ex Mediolano iiij. calendas Octobres

¶ Fran. philel. Georgio corrrecto iureconſulto. Salu.

Arguit quendam iniuſticie

Non poſſum non te ingratitudinis accuſare. ꝙ rebus meis tamdiu pro voluntate vſus et liberalitatis mee obliuiſcaris. et officij tui Facis profecto iniuſtiſſime Ac mihi iam ſtomachū mouere incipis Non enim puto aut in legibus inueniſſe te. aut in alio quopiā iure id vni licere tibi. quod nemini bono licet. Preſta te ergo et bonum tandē et gratum virum. Vale ex Mediolano iiij. cal. octo.

¶ Fran. Thome Bononienſi. ſa.

Gratulatur cuidā ꝙ magiſtratum acceperit.

Niſi mihi iter intercepiſſet terciana febris. tum ipſe deꝰ ſuperiq; omnes ad quartanam. ita continuā quoq; ac perhennē inferant. vt eꝗ celerrime radicitus eam perdant. veniſſem equidem ad te ꝙprimū vt eque tibi coram gratularer atq; mihi mirifice ſum letatus. qd pro tua ſingulari virtute maximiſq; meritis. in eo te loco hūaniſſimus princeps noſter conſtituerit q̄ et excellens eſt et illuſtris in p̄mis. Gratulor igitur abſenti ab-

ſens. Ac precor immortalem deum ut quod certo ſpero illud biantis dictū Magiſtratus virum demōſtrat. clare in te eluceat hoc eſt ut non meret amicorū ſoluũ. ſed eciam expectationi. Probitas tua integritaſq; rn̄deat Nemini enī dubitandū eſt te indies magis ac magis apud nr̄m principem et aucto ritate et grā chariorē fore Facies āt p amicicia officioq; tuo. ut cum quid ocij nactus fueris memineris nr̄i Uale Mediolani ex edibus noſtris iiij. nonas Octobres

¶ Fran. philel. Thome Bononienſi. Sa.

Dicit ſe febre liberatū et quo pacto

QUod tibi exiſtimauimus nō iniucundū fore. optima ſpolia immortali deo que de hoſte infeſtiſſima febre illa terciana voueramus nudius tercius detulimus et non illa quidem in ferculo ut Ioui Romulus ſed in bona ſpe bonaq; fiducia Neq; enī ferculorū mihi nec vaſorum copia eſt. Noli tamen putes adeo me redactum ad inopiam ut ſi quid ex iſto veſtro delicato et lautiſſimo aucupio ad me pre tua munificentia dederis. nullā habeam quo id cōmode ſim excepturus Quod ſi quæſieris. quib⁹ armis. febris armis furoriq; reſtiterim. non equidē eſculapij aut Apidis Sed fere par pari retuli. Eam illa mihi moliebatur ſitim qua pedicem conficeret Id ego aīaduertēs eiuſmodi ſane inedia hoſpitem accepio. ut quod eſt in attico prouerbio longe ad coruos tranſire. qz meo hoſpitio uti mallet Itaq; liberatus omnino videor edaciſſima ꝛ moleſtiſſima hoſpite. quam vel cum egretudine audeo ad amiciſſimos nr̄os optimoſq; viros. Marcolinū barbauaram et Dn̄icum ferufinū ex itinere diuertiſſe. Quos velī moueas non bonū vultū hilaremq; faciē impudenti illi petulantiſſimeq; belue oſtendāt. Sed a ſeſe potius q̄primū q̄z diligentiſſimeq;. q̄z fortiſſima abigant Et ſi nolint media et veneno vtantur et ſanguine. Uale ex me nr̄o ꝛ iuiuo pn̄cipi vnice cōmenda ex Medio. vij. idus Octobres

¶ Fran philel. Antonio peſſine Salutem.

Negligi ſe queritur ab amico

CUm eram abſens eram apud te ſemper Me diligebas me p̄dicabas me colebas. me oībus amicicie et familiaritatis officijs pſequebare. Nunc āt preſens. neq; video te vſq; nec audio Num quod oībus fere in rebus accidit nr̄i preſentia. tuam de nobis opinionē minuit. Nam quid eſt per immortalē deū. q̄ ita obmutueris ut nec audias nec loquare. Quid de tua taciturnitate ſuſpicer neſcio Nam ſi tue occupatiōes te mihi viſendum prohibent. ac lr̄is ſaltem quippiā obſtrepere. Uale ex Mediolano idus Octobres.

¶ Frau. philel. Blaſio Arecetenſi Vicecomiti Sa.

Accuſat eos qui cōmodo pprio amiciciā metiuntur

SOlent nonnulli tamdiu amicos colere. quo adſeorū vel preſentia vti vel officio frui queant At ego huiuſ hoīes vel aſſentatores potius nō

ſtat charitatis. nihil omnino humanitatis pre ſe ferre cenſeo Declarant enī ſe non tā amicos coluiſſe. q̄ priuati proprijq; commodi habuiſſe rationem. Illorū igitur mores p̄inde atq; ingratos et plane barbaros deteſtari conſueui ſemper Nihil enim amici recordatione mihi ſuauius eſſe pt. Quod cum in alijs ſemper. tū in te vno in p̄mis expertus ſum Nam incredibile dictu eſt. quātum me tenet deſiderium tui. de te dies ac noctes cogitare non deſino Tu abſens mihi ſemper es preſens Iocundos noſtros dulciſſimosq; ſermones crebra memoria mecum repeto ~~Hac vna te abſente tue deſiderium lenio~~ Hac vna te cōplector ac letor Quod ſi quid ad me litterarum dederis exiliā ſane gaudio. exultabo. triumphabo Quid abs te velim intelligis Vale ex Mediolano idibus Octobribus

Fran. philel. Franciſco piccolapſo Mediolanēſiū Archiepō Sa.

Hortatur quēdam vt rus relinquat.

Quod rure te contineas. quo tēpore propter ſubeūtem iam hyemem vrbs maxime colēda eſt non poſſum nō mirari Nā ſolitudo iſta quid tibi iocūditatis afferre poſſit nō intelligo Quod ſi ociū q̄ negotiū te malle dixeris aut memineris nō te ad ociū ſed ad negociū. hoc eſt non tibi ſed bonis omnib⁹ natū. quare cū ab vniuerſa ciuitate deſideraris. tui fueri vel officij. vel benignitatis relicta iſta ſolitudine ruſtica. te q̄ primū vrbanum fieri Quod vt facias. etiā atq; etiam rogo. Vale ex Mediolano pridie idus Octobribus

Franciſcus philel Petro michae militaris dignitatis viro ac iure conſulto ſalutem.

Abſentem magis q̄ p̄ntem laudandum eſſe dicit

Item iocatur de quodam flagitioſo.

Tua in me plurima officia et beniuolētia. ſingularē nulla vnq̄ apud me delebit obliuio. Nam et ambo te ſemper. et illuſtres ac preclaras virtutes tuas quaſi perpetuus aliqs buccinator predicabo. diuulgaboq;. apud oēs Ingratus ſane ille mihi videre ſolet. qui non pleniore quodam ore de abſentis q̄ de preſentis amici laudibus loquatur At qui preſentem laudat et ſecrē atq; vero id agit. aſſentatiōis tū crimini apud pleroſq; videtur obnoxius. Exiſtimat enī id nō tam ex aī ſententia q̄ alicui⁹ vel ſuſcepti vel ſperati commodi grā cumulatius facere q̄ par ſit Sed ne q̄d in alijs probare non ſoleo in eo ipſe in p̄ntia peccauiſſe cenſear. q̄ te per lrās q̄ ſi corā laudē hac re ne ſatis ac ſuper Nā quod ab me tibi debet. melius fieri q̄ dici volo Scire admodū cupio quid iſtic apud vos geritur Non enī te latet. q̄ ſummopere ſenēſis reipuplice quietē trāquillitatēq; cupio quare cū aliquorū hoīm ſeditiones audio. et conatus peſtiferos. doleo equidē eq; ac debeo in primis aūt de vrbano belua. huic bello dicere volui certiorem fieri volo. Increbuit enī apud nos preſtātem iſtum ac pudicum virum et

ciuem optimū mori decreuiſſe Id ego miratus ſum valde Nam quo pa-
to moriatur qui nunq̄ vixerit Verum ſi quam aliā mortem oppeterē for-
taſſis inſtituerit q̄ impuri et obſceni hoīes ſuiq; ſimilimi conſueuerunt.
Velim ſuas res geſtas memoratu dignas ad me ſcribat quo eius nomen
Immortalitatis cōmendem. Et vt intelligas ſi quid etiam in hoc dicendi
gn̄e Philelphus valet orōem funebrē ad te dedi. quā ſuperiorib⁹ dieb⁹ ha-
buimus in Thodeſchini ſepultura Hanc āt ſi Vrbani ſacerdotaria iſta vx-
or audierit non vereor fore. vt cornigerū virum ſuum non hortetur modo
ſed etiam agat continuo ad interitū Vale ex mediolano xiij. cal. Nouē.

Franciſcus philel. Catoni Sacco iureconſulto Sa.

Promittit officium ſuum et libros repetit et ep̄las petit.

HOdie mihi reddite ſunt lr̄e a Theodero gaze viro ſane tum ingenio tum facundia ſingulari ac plane digno quem non modo diligamus ſed etiam amemus Quid velit intelligo Rem quantū erit in nobis ex ſententia ꝯſequetur Sed tua et opera et ope opus eſt At de his poſtea Ego libros nr̄os vehemēter expecto Facito ſi me amas eueſtigio ad nos euolent Cum theodori epiſtola nullas tuas accepi lr̄as. Caue. ne poſthac vel negligente. vel moroſitatis accuſaturus ſim Vale ex mediola. ix. cal. No.

Franciſcus philel. Gerardo landriano Cardinali comenſi Sa.

Grās agit et Moſei vitam tranſlaturū ſe ſpondet.

FEciſti mihi rem ꝑgratā quod. Philonē meū imo noſtrū ex Auriſpa recuperatū ad me dederas Quod āt Moſeu vitā quā idem philo et copioſe et eleganter apud grecos et grece ſcripſerat. in latinū ad me tantopere verti poſtulas et audiui libenter et obtēperabo libentiſſime Itaq; factū puta. quod iubes Nulla te tua de meo erga te animo fallet opinio. Iam operi me accingo Vale ex Mediolano iiij. cal. Nouembres.

Franciſcus philel. Nicolao puteo Cremonenſi Salutem

Excuſat ſe q̄ ſerius rn̄derit. Itē laudāti ſe reſponderi.

SErius reſpondi tuis ad me lr̄is et breuius fortaſſe q̄ velles. quorū alterū aduerſe illi valitudini dato q̄ duos circiter mēſes vel ꝑ intercapedinē laborauim⁹. alterū puplicis meis ac priuatis occupationib⁹ quibus prope obruūt Legi āt litteras tuas libent᷑. quib⁹ mutuā inter nos adoleſcentie nr̄e beniuolentia cōſuetudinē diſciplinā cōplexus es Q̄d āt mirificis me laudib⁹ extuleris id ſingulari q̄dam et exuberāti amoris abundātia abs te factitatū exiſtimo Nam neq; vir amiciſſimus ſimulq; modeſtiſſimus aſſentaris nec eiuſmodi mihi eſt de me opinio. Reliquū eſt. id tibi perſuadeas. quod et recte et vero poteſt facere. te michi eſſe chariſſimū et eo magis indies fore quo te aīaduertero non obliuiſci Philelphum tuum Vale ex Mediolano. iij. cal. Nouembres.

❡ Fran. phi. Jacobo Caſſiano preſbitero Sa.
Excuſationē accipere ſe dicit. Deīn quendā cōmēdat ami.

NOn tam mihi moleſtum fuerat q̄ ſerius meos michi libros reddendas curaris q̄ʒ in preſentia iucundum eſt in p̄miſſqʒ ſuauiſſimoꝝ q̄ tam modeſte tanq̄ʒ phumane lr̄as ad me dederis. quib⁹ te non mō expurgaris. ſed totū ſane meū et eſſe et fore oſtenderis. quare cū tuā excuſationem tū multo magis teipm nō inuitus admitto Itaqʒ vel victorini nr̄i vt tuiſpſius eam oīa de me tibi potes affatim polliceri q̄ et vſui tibi et honori futura ſunt Et de his ſatis Venit iſtuc nup vt ſcis theodorus gazes vir certe et diſertus et eruditus q̄ et ſi certo ſcio. non amabis ſolum ſed cumulatiſſime amabis. tū mea etiam cā. velim ita ames. vt nulla proſus fieri queat ad more acceſſio Hoc erit tam gratū q̄ʒ quod oīm maxime Vale ex Mediolano p̄die nonas Nouem.

❡ Frāciſcus philel. Simoni arigoni Salutem
Amici ſtudium in lr̄is adhortatur.

SEt ſuperbia a me nihil alienius et gratitudine apud me nihil āntiquius. Quare cū tuis ad me officiȷ̄ plenis hūaniſſimiſqʒ litteris rn̄deo non modo ſuperbie crimen effugio. ſed etiam nomen gratitudinis michi perpulchre vēndico Mirifice amplector amorem tuum Ac tua humanitate facillimiſqʒ moribus et modeſtia ſingulari delector plurimū ingeniȷ̄ vero tui viuax preſtanſqʒ dexteritas. maiorem in modum pergrata michi et periucunda eſt video eīn te tua illuſtri laude eam mihi laudem allaturum. que pulcherrima ſit ꝛ maxima Non enim iſtiuſmodi tuus ornatus quo in litteris vteris. mediocrem de te tuaqʒ facundia ſpem quādam pollicetur Itaqʒ te etiā atqʒ etiā hortor. vt omnem operā diligētiāqʒ tuam eloquentie et humanitatis ſtudiȷ̄s. ſicuti facis accommodes Magna eīn animus meus de te preſagit Vale. Mediolani ex edib⁹ nr̄is viȷ̄. idus Decē.

❡ Franciſcus philel. Matronino braſche Salutem.
Amorem in laudando oculis carere dicit.

QVuod me tuis lr̄is non mediocriter extuleris. feciſti tu quidem phumane et amice potius. q̄ʒ vero. Non eīn is ſum. q̄ meipm non norim. Sed tu illud veriſſimū eſſe liquido declaraſti. quod videntur poete fabulari amorē oculis carere eque eīn amicus falli de amici iudicio atqʒ de inimici inimicus plerūqʒ ſolet Nā et hic odio et ille amore nimio affectus veritatem nequit internoſcere Facile tamē patior erratum tuū quippe quē longe malim amicū mihi q̄ʒ ſecus Verum illud de me tibi pollicearis licet te mihi eſſe chariſſimū et eo fore indies chariorem. quo te familiarius vti potero. Munuſculum āt tuum etſi nequaq̄ʒ deſiderabā. nō potui tamen non vehementer probare vel. Epicuri ſentētia Nihil eīn in eo ad voluptatem defuit Et amplū erat et ſuauiſſimū Noli tū poſthac tā grandi ere

obuias Philelphū tuum Nam hec Satrapis et regibus. non pauca vili/ qȝ contentis ac philoſophis dono mitti conſueuere. Vale mediolani ex edibus noſtris cal. Januarias ¶ Fran. philel. Alberto Zancario Salutem. Excuſat ſe.

QVod pluribus hortaris libenter agerem ſi liceret Sed nihil apud me licet. quod honeſtati aduerſetur Plurima ſunt et maxima huius in me p̄ncipis beneficia Jtaqȝ nunq̄ patiar me ĩgratitudinis accuſari. Pre/ terea non eſt conſtantis et grauis viri quotidie mutare ſedes. Vale ex Mediolano x. calendas Febru. ¶ Fran. phi. Petro thomaſio ph̄ō ac medico Salu. Conſilia laudat amicorum

AVdiui que ſcripſiſti omnia et barbari nr̄i conſilium laudo et non mi/ nus tuum Jllud tn̄ malim effectum iri quo ad eius fieri poſſit Eſſet multo res tutior Jpſi tamen videritis quid facto ſit opus Vale ex Medi/ olano cal. Februarias.

¶ Franciſcus philel. Tiberio bonarello equiti aurato Sa.
Laudat quendā q̄ patrē in virtute imitetur.

ES tu quidem pietatis laudād9. q̄d vel mortui p̄ris memoriā colas. Exiſtimo eīn me idcirco abs te amari. q̄d ſcias q̄ charus fuerim patri tuo grauiſſimo ⁊ clariſſimo viro Nam ille me quoad vixit cūctis beniuo/ lentie et benignitatis offitijs ꝓſecutus eſt Quare cum Joannes Mariſi/ lius tuam in ſe facilitatem et liberalitatē expoſuiſſet. mirifice ſum letat9. Videre eīn ſum viſus me veluti redijſſe in ſucceſſionē. non tam amiſſe q̄ intermiſſe beniuolentie Nam quod in patre amiſiſſe exiſtimarā. intelli/ go in te filio recuperaſſe. Jtaqȝ michi plurimū gratulor q̄ tā mirifice abs te diligar. vt aūt intelligas q̄ tibi in amore reſpondeā quod velis pericu/ lum facito totus eīn ſum tuus Vale ex Mediolano idibus martijs.

¶ Franciſcus philel. Rainaldo albizo equiti aurato Salu.
Accuſat quedam torporis et negligentie

QVe mihi ſit ſententia de re vr̄a Rainalde albizi. dicā ſane haud obſcu re Nimiā video in vobis oībus viris optimatib9 negligentiā q̄ tanq̄ ſperetis ſecūda oīa vobis dormitātib9 ꝓ vr̄a voluntate optatiſqȝ euentu/ ra nullo vtimī. non mō cōſenſu inter vos ſed ne conſilio quidē Nā qui exi/ ſtimetis rebus vr̄is ad futurū ſi vobiſipſis vos defueritis? Et vigilādū eſt mihi crede et parāda oīa quātū in vobis ſitq̄ ad victoriā ſpectant. Atqȝ vt vno v̄bo oīa perſtringā nihil eorū facundū eſt q̄ facitis ponite aīi oculos ii micos vr̄os Jllaſqȝ in abeundis negocijs imitamī Jd ſi feceritis breui fu/ turū ſpero vt et patriam teterrima oppreſſam ſeruitute in priſtinā liber/ tatem dignitatemqȝ vindicetis et vobiſipſis perq̄ optime cōſultetis. Qd̄ ſi ſecus feceritis et illi male. et vobis omnibus miſerrime proſpicietis.

Vale ex Mediolano pridie calendas Nouembres.

¶ Franciſcus philel. Anthonio theologo Salutem

Quotus quiſq; quid ſignificet.

QVo ſignificato accepi conueniat quotus quiſq;. et ſi non dubito noſſe te tũ quoniã id a me requiris. paucis accipe. Idem ſignificare puto. quotus quiſq; ſingulari numero quod nomen numerale quot. Vt quotus quiſq; eſt qui aliter ſentiat pro eo quod dicim⁹ quot ſunt qui aliter ſentiunt Nam qui dicunt Quotuſquiſq; idem ſignificare quot aliquis. vehemẽter errãt id quod ex Cicerone oĩq; vetuſtate licet intelligi Vale Mediolani ex edibus noſtris Idibus Nouembribus.

¶ Franciſcus philel. Gauerie phõ ac medico Salutem

Boetij dyalectica exſcribi poſtulat

DEbes non eſſe oblitus q̃ me ſemper boetij opera delectarint cum in omni facultate atq; diſciplina. tum ea maxime que ſcripſit in dyalecticis in quibus ipſis mihi viſus eſt excelluiſſe plurimũ. Que igitur noua tantus vir de ſyllogiſmis cathegoricis peripatheticiſq; precepta adinuenit ea mihi exſcribi cupio. Itaq; a te peto contendoq;. vt eorũ librorũ copiam facias mea cauſa eruditiſſimo iureconſulto Gomnio ſale Is eñ librarium aliquẽ parabit. qui huiũ prouinciã ſit obiturus. Vale ex Mediolano tertio nonas Martias

¶ Franciſcus philel. Franciſco oche Salutem.

Sollicitus eſt de ludi magiſtro.

BArtholomeus catias nouarienſis iuricõſultus me nuper conſuluit quem idoneũ ipſe cenſerẽ. qui nouarieſẽm adoleſcentiã bonis ⁊ lr̃is et moribus inſtitueret. Itaq; tu mihi continuo veniſti in mentem Audiuit vir ille de te libenter petijt q; q̃primũ curarẽ certior a te fieri velles ne nouarie ludum aperire Volũt eñ ij ciues eiuſmodi virũ qui et grammaticam ſimul et rhethoricã doceat puplice. Tu igitur ſi rem ꝓbas oſtendes mihi propediem quãtum muuerũ tibi cõſtitui velis ꝓ huiuſmodi annuo munere Vale ex Mediolano pridie calen. Maias.

¶ Franciſcus philel. Pallanti ſtroze equiti aurato Salu.

Iniuriam ſe donaturum oſtendat.

QVod ſcribis dem opam. vt libros Areſtotelis tibi comparem. aut qui de repuplica aut qui de re familiari nobis pcepta tradunt. faciam et propediẽ et diligenter modo librarium nactus fuero. cuius in his exſcribẽdis opa vti poſſim qd id ſpero nobis minime defuturũ laudo at preſtantiam ingenij tui ſingularemq3 virtutẽ. qui quãq3 es occupatiſſimus non tñ pati earũ te rerũ expertẽ dici. que ad bene beateq3 viuendũ. pcipue conducũt Nam ſi ſeſe moderari & inſtituere pulchrũ eſt quod moralis diſciplina facit quãto fit pulchri9 et preclarius idẽ preſtare poſſe tũ de domo. tum de ciuitate vniuerſa. cuius felicitas oim felicitatem complexa eſt. Accedit ad rem q harũ diſciplinarũ cognitio eõ eſt tibi magis neceſſaria. quo legum et iuris ciuilis ſapiencia magis preſtas. Nam quis audeat ſe iuricõſultũ pfiteri his ignoratis fontibus. vnde leges omnes iuraq3 manarunt: faciam igitur quod iubes et amice et recte. Vale ex Mediolano calen. Octobres

¶ Franciſcis phile. Petro perleoni Salu.

Cõſolatur amicum in aduerſa fortuna

ANimaduerti ex tuis ad me lr̃is tibi fortunam quam vocant aduerſari At tu ſi me audis. animo forti magnoq3 ſis Et prudẽtia vtaris et patientia. Spereſq3 fore. vt preſtanti ingeniiq3 virtuti nihil tandẽ neq3 ad dignitatẽ nec emolumentũ deeſſe poſſit Itaq3 vt ad Gattum ait Co-

reddit apud Theocritũ Fidere Batte decet. melius cras forsan habebis.
Sperandum est viuis. non est spes vlla sepultis.
Nunc pluit. et clarus nunc iupiter ethere surgit.
Quare confide etiã tu propediẽ tibi melius fore Quandiu viuim⁹ nos bona spe duci conuenit Nam post imbrem serenitas sequi solet. Curabo qđ petis. quanq̃ res nostre sunt tempestate ob vim diuturni belli angustiores Vale ex Mediolano tercio nonas Octobres

Franciscus philel. Francisco barbaro Salutem
libros repetit.

Vellem eam michi fortunam deus optimus maximus tribuisset. vt et michi possem et amicis semp gratificari Non eñ libros meos abs te vt peterem Sed qñ illis carere non possum. rogo vt restituere iam incipias Vale ex Mediolano iiij. nonas Octobres.

Franciscus philel. Iacobo Cassiano presbitero sa.
Arguendo quendam libros ab eo repetit.

Tamdiu inani spe ductus abs te sum. vt michi ipsi succenseam Commodaram. Victorino feltrensi eruditissimo et optimo viro. proclum in Platonem cũ Timeo lucro et Aristotelis dialectica cum egregijs commentarijs Alexandri & Themistij Cuius proclus vtatur aut hospicio aut carcere sum plane ignarus nisi etiam ipse fortassis fuerit a te coniectus in vincula et in perpetuas tẽbras Dialectica vero apud te esse. tua iampridem ad me epistola testis est At ea in sex vsq; menses cõmodato petieras cũ iam anni quatuor p̃terierunt Nec codicẽ mittis nec quicq̃ ad eas lr̃as respondes quas dedi ad te hac de re creberrimas Itaq; nõ mirari nõ posse. Occurritq; mihi memorie te idem olim de Euripedis tragedijs et mathematicis libris. quos idẽ Victorinus per te mihi reddendos miserat egissum Itaq; modo possum non moueri Nã quãtum videre videor tibi sum ludo Facies ãt ꝓ officio tuo qui et sacerdos sis et Victorini discipulus et mei studiosus. si et mea ad me dialectica dederis. et aliquid de proclo docueris Volo eñ omnino meos apud me esse libros. ne inanis semp dominus existimet Vale ex Mediolano pridie nonas Octobres.

Fran. philel. Bernardo iustiniano Salutem
Litteras ab amico petit et libros suos repetit.

Quo magis quotidie tuas expecto lr̃as eo me magis mea fallit spes. Miror q; plurimũ quod sit in causa vt tabellarius vacuus semper redeat lr̃is tuis cũ ab alijs amicis frequentes reddat Itaq; pro nostra vetere beniuolentia abs te peto. vt hoc desiderio me tandẽ leues Quod si feceris habebo tibi non mediocres gratias. Preterea mea illa opuscula que cum pater tuus vir ille grauissimus atq; optimus. tũ etiã ipse tu viseuda

accepiſtis iſti nūcio ad me des velim qui meā tibi epiſtolā reddidit. Nam cū carū rerū nullū omnino mihi exemplum ſit. videor familiarib⁹ quibuſdam non eque in ſe nunc liberalis atq; antea cōſueuerā Vale ex Mediolano pridie Idus Octobres

Fran. phi. Blaſio Arertēſi equiti aurato Salutem
Iocatur in amicum ruri manentem

QVid tamdiu ruri tenearis ignoro. preſertim cū neq; ficus ruri. neq; vua. nec pomorū quicq; oſtenditur Sed caſtanee te fortaſſe delectant que qm̄ ſpūs ſunt pleniſſime ne lateri tibi noceāt caue. Nam ſi ijs vtaris familiarius ventris crepitū nunq; vites Ego plātas ficulneas indies expecto Vale ex Mediolano iiij. calen. Nouembres.

Fran. philel. Sicho. calabro ducali ſecretario Salu.
Pecunias ſolui ſibi petit.

DIxiſti cū hinc eſſes abiturus Laudem. ad tridnū fore. vt q̄s iuſſerat princeps. pecunie mihi indubitato redderentur Quadriduū iā aduenit et de pecunijs verbū nullum. Itaq; te rogo ne iuſſa principis fruſtra tue fidei mandata videātur. q̄ diligentiſſime cures. Vale ex mediolano. Idibus Nouembribus.

Fran. phi. Petro thomaſio phō ac medico Salutem.
Litteras repetit.

DEſideraui iamdiu lr̄as tuas rurſuſq; deſidero. Itaq; ſi me amas id quod eſt mihi clarius luce noli cōmittere vt te vel negligētie nomine vel obliuionis crimine accuſem Vale ex Mediolano octauo Idus No.

Fran philel. Ioanni euangeliſte fratri Heremitano Sa.
Stomachatur cuidam ſibi moleſto

Ec inferre cuiq; ſum iniuriā vnq; ſolitus nec ferre cōtumeliā. Itaq; monēdus viſus es. vt ceptis abſtineas ne inanis conatus tuo tacito cogitationis cōuitio tandē accuſes. et michi ſ ar gumentū afferas iure vlciſcendi. Quod ſi priſtinā amiciciā volutare aīo volueris, nihil fruſtra tentabis Preterea non te debet cepiſſe obliuio. et que locutus et que molitus fueris in principem noſtrum proxime tyrannidis tempeſtate. Hec ſi efferantur in lucē te puto peniteat totius conatus tui. Nec longe fuerint arceſſendi teſtes Nam et vicinia tua omnis et tui ordinis ſocij et ſodales itē cōmandiucouerſcr tui conſtantiſſima teſtimonia aduerſus te ferant Pauca te admonui Tu ne michi ſtomachū moueas caue Vale Mediolani ex edibus noſtris Idibus Nouembribus.

Fran. philel. Facino ſorobrenuncianenſi. Salutem
Traditum ſe queritur obliuioni.

QVod mihi abiens verbum non feceris. feciſti tn̄ quidem inhumane. id quod non moui⁹ tuis qui ſunt humaniſſimi. dandum velim q̄ liberalitati calabri noſtri Cicchi. qui dum vi nūmorum iam te obruit. facit

oblitum amicicie noſtre. Quare peto abs te eum vt roges meo nomine. ne te nummoſiorem efficiat. quos in amicos ſis diligentior addaſq; ſe mihi gratiſſimam rem facturum. ſi negotiū meum confecerit apud ꝑncipē ſo et ꝗ̄primum et ex ſententia noſtra Quam ipſam rem vt etiam tu ꝗ̄ diligentiſſime cures. maiorem in modum a te contendo Vale ex Mediolano ſeptimo calendas Decembres.

¶ Franciſcus philel. Ciccho calabro ducali ſecretario ſa.

Operam amici importuni petit.

REm meam vt apud ꝑncipem cures tanto ſtudio te rogo. vt maiore vix aliud quicꝗ̄ poſſim Non ea michi conditio eſt. vt morā pati liceat ſed quod tibi eſſe perſpicuū non ſum neſcius. Noui preterea occupationes tuas Quo vt vel īportuniorē me prebeam Cedit enī neceſſitati pudor Itaq; velim. oīa ꝑ tua prudentia modereris Vale ex Medio. vij. cal. Decem.

¶ Franciſcus phi. Blondo flauio. Salutem.

Certior fieri petit de proſpero ſtatu amici.

PErcontātādi quotidie ſepiſſime de te michi tandem eſt renunciatum te Ferrariā conceſſiſſe et habere perbelle Que res me quanta voluptate affecerit. conſiderari abs te malo ꝗ̄ dici a me qui eo te amore complexus ſum. vt aliū magis neminē Quod āt in hāc diem nihil ad me ſcripſeris non mediocriter ſum mirat⁹ Nō enī es neſcius. ꝗ̄ mihi iucūde eſſe debeāt tue ſecūde res oēs quas eque mihi atq; tibi ſecūdas ſemꝑ iudicaui Itaq; tue liberalitatis munus erit ſi me feceris ꝗ̄primū certiorē de omni ſtatu tuo quem indies ab immortali deo magis magiſq; fortunari non ſolum cupio ſed etiā opto Vale et clariſſimo phō Nicolao Vario et eloquētiſſimo viro Guarino Veronenſi ſalutem meo nomīe plurimū dicito. ex Medio. vij. cal. Decembres.

¶ Fran. phi. Ciccho calabro ducali ſecretario Salutem

Grata fuiſſe ſcripta amici dicit.

ME tue perhumane amiciſſime lr̄e non mō recrearūt. ſed etiam mirifice refecerunt. Nec dubito que ſcripſiſti ex animi ſentencia eſſe a te ſcripta mō queādmodū ipſe benigne cupis. item etiaʒ reliqne iuſſa ꝑncipis exequantur Vale ex Mediolano vi. cal. Decembres

¶ Fran. phi. Petro Thomaſio phō ac medico Salutem.

Suadet amico vt etiā in ſenio non quieſcat a ſtudio.

NOſti eam eſſe ſapiētum virorū ſententiā nihil accidere pernicioſius ſenectuti ꝗ̄ aīmi relaxatiōem Ea enī ingenij vis quā iuuente feruor excitabat. tā ſpiritali ſanguīs fomento veluti tepeſcente paulatim habet vbi diligentia et ꝑpetuo quodā ſtudio minus acuatur Itaq; non abſurde monēt. qui ꝑcipiūt eſſe in huiōi etate labores corꝑis minuēdos aīi augendas aūt aīmi Quanꝗ̄ haud ſcio ꝗ̄ ocioſa vita cōducat corpori Videmus

certe apud homerum Nestorem et animi et corpis viribus eque delectari Ego aūt puto in oī etate mediocritatē eſſe ſeruandā et ita agendū. vt nihil nimis. nihil parū intentionē remiſſiōe cenſeo condiendā. At relaxari qui velit. languide cuiuſdā pecudis ſimillimum iudico Quorſum hec iampridem nihil ad me ſcribis vel ꝙ plurimis lr̄is ꝓuocatus Nihil eſſe in cauſa aliud opinor ꝙ ſenium. Quare rogo. vt et tui et mei ſarū iam incipias reminiſci Mihiq; aliquid rn̄de. ne vel ſenectutē in te accuſem vel obliuionem vel negligentiā Vale ex Mediolano vi. calen. Decembres

¶ Fran. phi. Baptiſte Sache barochio ſalutem

Amicorum oīa eſſe cōmunia Carmina ſua repetit

QVod de rebus meis varijs. familiariter nequaꝙ tibi vicio do. Sed quod ita vtaris vt mihi incōmodes minime laudo Tu mea oīa carią ita habeo apud te. vt eorū michi nullū eſſe reliquum exemplū velle videaris Itaq; cū ſum carminū opus aggreſſus fruſtra aggreſſus videar ſi ita mihi te familiaritatē preſtiteris vt non tua tibi ſolum. ſed mea et tua volueris Quod ne turpiter vſu veniat. facito mea omnia carmina ad me ꝙ primum redeāt Reliquiſti eīn eorum apud me nihil. Vale Mediolani ex edib⁹ nr̄is calen. Decembres

¶ Fran. phile l. Baptiſte Sache barocio Salutem. Carmina iterum reddi ſibi poſtulat.

QVantum videor intelligere maius te Danum haberi ꝙ Oedypoda qui tamē vterq; dici poſſis Carmina inquā mea mihi ꝙ primū reddito Quod ſi mee lr̄arum nocte fortaſſe delectant. tuis etia; ego contentus ſum. Quod ſi neq; mea ad te dederis. nec alia rōne ſatiſfeceris officio tuo iure michi vel caſtigandus vel apertius monendus videare Vale Mediolani ex edibus calendis Decembribus.

¶ Fran. philel. Andree alamanno Salutem.

Lr̄as amici laudat eumq; ad virtutem hortatur.

QVo te magis indies perſpicio. eo michi humanitas tua ingeniiq; fecunditatis dilucidiorq; fit et clarior Me tue proxime lr̄e mirum in modum delectarunt quippe que non min⁹ amoris plene ſummi erga me tui ꝙ diſertiſſime viſe ſunt Illud āt mihi moleſtū fuit. quod he ꝑuenerint ad me quo tempis momēto vir integerrimus relioſiſſimuſq; ſacerdos frater Marianus is qui tibi reddiddit hanc epl̄am. erat cōtinuo deceſſurus ad vos Itaq; non potui quod voluiſſem ad ea reſpondere. que tum de virtute tum de fortuna locutus es Sed reſpondebo poſtea. cum quid ocij nactus fuero. et ſi hoc mihi vir vnꝙ datur omnino. Interim te moneo atq; hortor. vt nihil exiſtimes humanis in rebus vni virtuti anteponendum. Hec enim ſola viget. ſapit. eſtq; immortalis Reliqua omnia et vana ſunt et fragilia planeq; caduca Vale ex Medio. iij. nonas Decembres.

Franciſcus phi. Sphortie ſecundo Salutem.

Promiſſa confectum iri petit.

Peto abs te in maiorem immodū. vt quod et michi coram recepiſti et ex proximis meis lr̄is audiri potuiſti id apud patrē tuum pſtantiſſimū et munificentiſſimū pncipem q̄primū et q̄optime conficias Hac mihi re neq3 gratius quicq̄ neq3 magis neceſſarium preſtare potes Vale ex Mediolano pridie Idus Decembres.

Fran. phi. Sphortie ſecundo Salutem. Ad idem.

Petij abs te proximis lr̄is ſecundum. qđ etiam nunc terciū et peto et te quoq3 ſi pateris rogo vt rem meā apud pncipem nr̄m munificentiſſimum prēm tuū vbi minus cōſiteris ita conficias. vt michi abiens coram recepiſti in hunc diē neq3 tu rn̄diſti quicq̄. nec et alio ſum tertior factus quid egeris aut non egeris. Itaq3 aut rn̄de q̄primū. aut equū mitte quo vehar ad vos Nam ſi ad vos venero facile futurū ſuſpicor. ne vacu9 Mediolanū repetam pſertim cū iam inſtar natalis Chriſtianus. q̄ prin ceps ſolet ad bn̄ficentiam exhortari Vale ex Mediola. xv. cal. Janua.

Fran. phi. Nicodemo tranchedino Salu.

Officium petit amici.

Quod et pnceps noſter Franciſcus Sphortia tibi abeunti iuſſerat. vt ipſe vobis pluribus abs te petij. ſi munus in hāc diem cōficere potuiſti vt cōficias tandē cupio Hic enī vna re neq3 gratius michi quicq̄ preſtare queas. nec etiā iucundi9 Atq3 bn̄ficium iſtud quis non libenter conferat. quod is in quē cōferam9. maximi ſit facturus. et eo tn̄ vſurus non ſit Sic enī cū ſumus liberales. tū ex huiuſi nr̄a liberalitate neq3 moleſtie neq3 incomodi quicq̄ accipim9 Tenes quid velim Vale ex Medi. xv. cal. Janu.

Fran. philel. Facino farobronunciano Sa.

Petit vt ad ſe amicus veniat.

Si commode fieri abs te poteſt huc hodie venias peto. Sum enī tecū quidem cōmenturus. Quare velim ne differas neq3 cōmittas. vt te potius excuſandū cunctatiōis q̄ laudandū pperationis oſtendas Vale Mediolani ex edibus noſtris calen. Januarijs.

Franciſcus philel. Joanni Mario filio Salu.

Anxium ſe ait ſup valitudine et abſencia filij.

Poſteaq̄ a nobis abijſti. de te nihil accepimus Itaq3 non poſſumus non vereri. ne quid tibi quod nolum9 acciderit. Nam hoſpes ille ad quē diuerteras nocte. cu9 primo die hinc profectus es mediolanū mō veniens renūciauit tecū es apud ſe hoſpitatus. viſum eſſe. e ſtomacho laborare. et de caupone queſtū apud quem prandidiſſes Quare velim facias de te tuiſq3 conſilijs q̄primū certiorem Nam ſi vales. quia illic tēpus ina-

aliter teras nescio. Sin minus vales danda est opera. ne tua neglientia sis peiore conditione Vale ex Mediolano v. idus Januarias.

¶ Fran. philel. Laurentio Gyni filio Salutem.

Silentium diuturnum accusat.

NOn possum officiũ tuum non accusare. qđ tamdiu silentium egeris Nec enĩ mei oblitus esse debes. quẽ mirifice diligere consuesti. Nec etiã Pythagoreus factus es tã repente. p eloquutionis studio maxie oim inseruire didiceris Nec te su pbum factum esse puto. q̃ humanitate ꝛ mãsuetudine nemini cedas Itaq; nisi te iure accusatum malis facito ꝓpediem intelligã quid in causa fuerit. vt tãto siletino te dididerís Vale ex Mediolano idib⁹ Janua.

¶ Fran. phi. Augustino daco Salu.

Silentium carpit.

Nulla ratione adduci possim quin credam te mei esse amantissimum a quo sis pulcherrime institutus Sed nõ possum nõ mirari. quod nihil lr̃is obstrepas. qui quotidie cũ apud vos agerẽ me pulcherrimis tuis suauissimisq; epistolis veluti lacesserss. Nunc vero totus es mutus. qui quo est factus lingua solutiore. eo te loquatiorẽ esse oportuit Vale ex Mediolano idib⁹ Janua.

¶ Fran. phi. Francisco patricio Salutem

Litteras a discipulo petit.

QVam de te philelfus sit bene meritis. eloquẽtie et eruditiones nomẽ quod es per oẽm Italiam non mediocre neq; obscurũ adeptus facile declarat Que fit. vt non nescius esse debeas. q̃ te gratũ esse oporteat Qđ non maius in quenq̃ bñficium confiteri pt q̃ discipline et eloquentie quibus rebus non mõ ceteris omnib⁹ aĩantibus sz ipsis quoq; p̃stam⁹ hominibus qui nihil supra hoiem sapiunt Desidero igitur officiũ tuũ his in rebus. quibus a nobis vel institutus es ve conferniat⁹ ni tacendi fortasse q̃ loquendi artem ꝓfiteri malis Vale ex Medio. idibus Januarijs.

¶ Fran. phi. Blasio Aretenũ equiti aurato Sa.

Plantas sibi mitti petit:

IAm ver est in limine Itaq; te peto. vt quas hyeme plãtas illas ficulneas ad me dare veluti peritior agricola noluisti nunc tãdem dare incipias Nisi fortasse quod nolim. moleste feras res vllas bonas fore tibi communes cum alijs Nam si pluribus rogari te cupias. non possum nõ vereri ne vel inuidie vel obtrectionis sis accusand⁹ q̃s quidẽ perturbatiões indignas arbitror magnitudie animi tui Cupio item plantas prunorũ damascenorum Vale ex Mediolano nonas Februarias.

¶ Fran. philel. Joanni aurispe Salutem

Librum serio mitti petit

Nol lucem meū videre cupio. Nam eius mihi preſentia vehementer eſt opus Quare ne iſtū patiaris apud te diutius hoſpitari. maiorem in modum abs te peto Vale ex Mediolano xij. calen. Martias

¶ Fran. philel. laurentio valle Salutem
Conſilium mutatum ab amico miratur.

Audio de te reliquiſſe Alphonſum regem et eſſe Roma Ne dubito te nihil pro tua prudentia feciſſe temere Miror aūt eū et ab Alphonſo honorifice et vt accepi cōmode tractareris qđ Rome q̄ʒ Neapolim hoc tēpore vitam agere malueris. preſertim cū non ſis neſcius quos fluctus nauigaturus ſis Non em̄ ocioſum te eſſe petuntur. qui viros bonos eruditoſqʒ inſequi vel abſentis cōſueuerunt Tibi aūt vt oīa ſecunda ſint plurimū opto Vale ex Mediolano xij. calendas Martiā.

¶ Franciſcus philel. Franciſco barbaro Salu.
Hortatur amicum vt libros tandem reddat.

Iam pudet me me repetere totiens libros illos quos cum Conſtantinopoli agerem ad te dedi Video em̄ ad id te nihil omnino in hāc diem rn̄dere Nec ſatis intelligo ſententiā animi tui Nō em̄ idcirco tacere te exiſtimo. quod meos mihi libros nolis reſtituere. Noui em̄ et grauitatem et conſtanciā tuā. noui fidē noui integritatem Ad hec ea es altitudine animi eaquā greci megaloprepiā dicūt. nr̄i vero magnidecentiā recte nominent. vt non modo que aliena ſunt nolis inuito dn̄o. ſed etiam tua q̄ʒ magnificentiſſime in illū conferas. preſertim cū quē tui eſſe obſeruantiſſimi non ignores Itaqʒ te mi humaniſſime barbare rogo etiam atqʒ etiam vt meos mihi libros qui iam ānos triginta hoſpitari apud te ſunt contubernalis efficias et id hac quidem lege vt quē codicem ex omnib⁹ magis adamaris. tū tibi perpteū eſſe atqʒ tuum velim. Vale ex mediolano xi calen. Martias.

¶ Fran. philel. Angelo Aretino Salutem
Pollitica maturari deſidarat

Quod de meo negotio cum Cicheo Simoneta verba feceris eſt michi gratiſſimum. ſed eo grati⁹ futurū ſi breui et vt decet. quod perhumaniter Cichus eſt pollicitus. cōficere ipſe perrexerit Nullo em̄ modo recte conſultum eſt de rebus meis tamdiu tempus terere Annus em̄ preterit poſteaq̄ʒ optimus pnceps noſter huius florentiſſime reipuplice eſt potit⁹ qui q̄nq̄ʒ munificētiſſimus in me eſt. ego tamen adhuc de ſtatu meo incertus ſum. Et res mea domeſtica eſt adeo attenuata diuturnitate bellorum ꝛ vict⁹ caritudine. vt ad tenuitatē accedere nihil queat Nec pnceps glorie nec laudi mee conducit eſſe. Phillelphum animo egro. quod tādiu ſit neceſſe eſt quoad egre deſierit Nam egeſtatem nimiam muſe abhominantur. que lete eſſe non poſſunt Vale ex Medio. xiij. calendas Mar.

¶Fran. phi. Ciccho Symonete ducali ſecretario Salutem.

Expediri petit quod in rem ſuam ſit

EGo te plurimũ rogo ac oro vt rem meam tandẽ expedias. Nihil em̃ prudenti viro ſtultius duci puto ꝙ ſibi ac rebus ſuis neſcire cõſulere. Nec em̃ mihi ſemꝑ petendũ eſt. Ita eſſe vt ſum neqꝫ principi conducit nec mihi. Vale ex Mediolano xij. calendas Martias.

¶Fran. philel. Jacobo camertuati. Salutem.

Librum repetit.

ILlis. M. Tulij Ciceronis orationib⁹ quas a me commodato accepiſti vti iam cupio Itaqꝫ eas velim ꝓpediem ad me des Nam iamdiu tuo hoſpitio vſe ſunt. Quare facito domum repetat. Vereor em̃ ne dũm ſint oblite Qđ ſi tardarint extrude Vale ex Medio. x. cal. Martias.

¶Fran. phi. Blondo flauio ap'lo ſecretario Salutem

Lr̃as ſe nondũ accepiſſe dicit. Deĩn ſtatum ſuum ſignificat

GAudeo quod ſcribis te meas aĩuertiſſe lr̃as et ſi tue quantũ videor intelligere vtuntur adhuc inceſſu teſtudineo Nondum em̃ aduentarunt Quare vide ne fides inſido illo nuntio deſiderãda ſit. Quod aũt de ſtatu meo certior fieri vis. hic me ꝑnceps ſingulari beniuolentia eſt cõmplexus cumulatqꝫ quotidie maioribus bñficijs Hieronim⁹ gener reliquaqꝫ familia nr̃a bene habet De ſtrabone nihil eſt quod labores⁹. Amicus enim ille cũ habere ſe pernegat Ille eſt apud Aurispam eiuſmodi Strabo geographus et vt audiui apud Guariũ. Si quem habere potes commodato mitte ad me et ad triduũ vſqꝫ faciam quod cupis Te noſtro ꝑncipi ꝙ diligentiſſime cõmendaui qui tum iucũdiſſime de te audiuit tum reſpondit perhumaniter et per benigne Vellem quod ſcribis vno eſſemus atqꝫ eodem loco quo alter alteri frui aſſidue poſſemus. Nam cũ ſtudiorũ et morum ſimilitudo tum cõſiliorum cõmunicatio ꝛ conuictus aſſiduuſqꝫ vſus amiciciam maxime nõ tuetur ſolum. ſed auget et ſuauiorem efficit. Quod te tantiſper ad agriculturã contuleris. dum vel adoleſcere incipiat. laudo modo ꝑ vri iſte quas miſeris et conditiões vitiũ vberrimũ fructũ aliquem breui ſint allature. Cum italiã tuã omni ex parte exornaueris. fac videam Vale ex Mediolano iiij. calendas Martias.

¶Fran. philel. Sphortie ſecundo ſalutem

Dicit ſe nihil accepiſſe promiſſi

POllicitus es non modo non petenti michi ſed ne cogitãti equidem te dono daturũ neſcio quid Itaqꝫ nolim te falli opinione tua intelligas nihil eſſe mihi redditũ tuo nõie nec item alterius cuiuſpiam in hãc diem. Quare facito ne obliuioſis accuſeris vel neglıgẽcie. Nam vtrumqꝫ crimẽ tua preclara indole eſt indignũ Vale ex Mediolano v. idus Martias

¶ Franciſcus philel. Franciſco patricio Salutem

Amari ſe letatur et rediturum ſe ſpondet

Ex lr̃is Xenophontis filij. liquido cognoui quod minime dubitabam ſingularẽ erga me tuam beniuolentiam. Letor autem vehementer quod vetus illa de re mea nequaꝗ̃ fefellit opinio. Itaq; vt intelligas me vi amoris non vinci abs te. decreui omnino ad vos redire modo equa cõditione fieri a me poſſit Tuum igitur munus fuerit. vt quod cepiſti ſponte id etiam mea cauſa perficias Xenophon reliqua tecum cõmentabitur. Ego patrem tuum grauiſſimum et optimum virum bene valere opto. Vale ex Mediolano pridie calendas Apriles.

¶ Fran. phi. Antonio Michaeli equiti aurato Salutem dicit plurimam.

Laudat amicum quod ſe amat.

Gaudeo equidem plurimũ quod non ſolum in rei pecuniarie ſed in amicorum etiã hereditate ſuccedere inſtitueris patri tuo clariſſimo ꝛ ſapientiſſimo viro qui cũ mihi tanta familiaritas beniuolentiaq; fuit. vt maior cuiꝗ̃ eſſe poſſet cum nemine Nam filius Xenophon lr̃is mihi ſignificauit. quanto ſtudio ac fide operam das vt me coram ꝑpetuo vti atq; frui poſſis. mitatuſq; humaniſſimũ patris ingeniũ. eque me diligis atq; ille conſueuit Itaq; grãs tibi habeo maximas. Vt autẽ intelligas me tibi in amore nulla ex parte cedere xenephon filius ꝗ̃ ego decreuerim ire ſentẽtiam tuã corã exponet Vale ex Medio. pridie calen. Apriles.

¶ Franciſcus philel. Bernardo iuſtiniano Salutem.

Accuſat quendam rare ſcriptionis.

Quotiens accipio tuas lr̃as totiẽs. Leonardum meũ patrẽ tuum vel potius noſtrũ clariſſimũ et preſtanti ſapientia virũ videor corã aſpicere eundẽq; mutuo et audire et alloqui Que quidẽ res cũ ſummã michi afferat voluptatẽ. facile debes intelligere ꝗ̃ michi moleſtum ſit cũ etiam bis et iterũ inuitatus interdũ nihil reſpondes Ad reſurrectionẽ chriſtianam id qđ hortaris te viſere inſtitui. mõ id michi facere liceat ꝑ ꝓncipem Quare qđ facto fuerit opus coram vna cõmentabimur Vale ex Mediolano pridie idus Apriles.

¶ Fran. philel. Petro thomaſio phõ ac medico Salutem.

Silentium accuſat et litteras petit.

Iam menſes ꝓpe duo ꝑterire poſteaꝗ̃ nulle mihi tue lr̃e ſunt reddite Itaq; ſum miratus et tuum et Bernardi iuſtiniani ſilentium Si mihi quicꝗ̃ facturus es. qđ gaudeam maxime cura. vt ꝓpediem lr̃as tuas ꝗ̃ longiſſimus lectitem. Vale ex Mediolano v. calendas Ianu.

¶ Fran. philel. Xenophonti filio Salutem.

Salarium duplum petit vt redeat.

Quod Senenſes reditū ad ſe meū vehementer cupiunt gaudeo Sim primum tibi videndum eſt quanti faciunt meū reditū vt intelligant me nulla conditione Senam repetiturum niſi duplo maius michi ſalari um ea conſtituerit quod antea preſtitiſſent Vale ex Mediolano iiij. calen das Januarias ¶ Fran. philel. Aenico daualo equiti aurato Sa.

Diligere ſe ait amicum et ſemper dilecturum etiam ſuum pollicetur aduentum.

Quantam mihi voluptatē attulerit tua illa pergrauis diſertiſſimaqꝫ epiſtola. quā nudiſquartus a te accepi. ꝫ ſi debeo alijs lr̄is meis i ntel lexiſſe tamē quia fit interdum vt lr̄e non reddantur. idcirco eadē rurſum a me ſignificatum iri exiſtimaui Quāti ego ſemper fecerim beniuolentiā tuā iam totos annos duodecim cognouiſti Itaqꝫ amabam te atqꝫ colebā plurimū ſolo egregie ꝟtutis tue interuentu Aliud beneficij interceſſerat nihil Nunc aūt cū video quanta me benignitate proſequeris potes facile coniectare quantus cumulus acceſſerit ad obſeruantiam erga te meam. Nihil eſt profecto quod magis cupiā ꝙ id preſtare. vt ꝙ dilucidiſſime perſpi ciās me vnū eſſe ſempqꝫ futurū quo de vno ea tibi poſſis omnia polliceri. que de gratiſſimo et obſeruantiſſimo hoīe expectari conueniat Aduentū aūt meum ad Alphonſium regem maturabo ſimul atqꝫ librarius ſatvra rum codicem quem cepit exſcripſerit. Tu me interim et regi comenda et tibi. Vale ex Mediolano tercio calendas Junias.

¶ Fran. philel. Aenico dauolo equiti aurato ſa.

Peſtilenciam agit incrudeſcere.

Cepit Mediolani adeo peſtilentia incrudeſcere. vt non poſſum mihi non meruere Itaqꝫ nihil eſt quod omittā ad parādum iter ad te mo do librarius non me fallat. ad ſecūdum vſqꝫ menſem aut paulo amplius te videbo Vale ex Mediolano tercio idus Junias.

¶ Franciſcus philel. Mariano ſacerdoti Salutem.

Certior fieri petit de commiſſis

Quid in cauſa fuerit. vt poſteaꝙ hinc abijſti nichil de his reſponderis. que tue fidei ꝓ amicicia noſtra mandaram. non prius intelligo ꝙ ip ſe tu me feceris tuis lr̄is certiorem Quare ſi me nunc quoqꝫ diligis vt an tea conſueſti a te peto. ne me longius teneas deſiderio tuarum lr̄arum. Vale ex Mediolano pridie idus Junias.

¶ Fran. philel. Antonio panhormite Salutem.

Commendat amicum.

Si qua in re Xenoqhonti filio fuerit opus tua opera ſcio te nichil eorū pretermiſſurum omniūqꝫ me a intereſſe cognoſcis Quis eīn eſt cuiqꝫ tibi charior eſſe debeā. Nam ego te non ſecus diligo amoqꝫ ac fratrē id qꝫ

tibi niſi ex omni parte eſt cognitum quid eſſe cogitetur poſſit non intelligo Vale cum pudiciſſima uxore tua pulcherrimaqꝫ filia Ex Mediolano pri die calendas Iunias. ¶ Fran. philel Aenico dauialo ſalutem.

Loqui ſe ait per eum qui lr̃as pertulit.

Xenophon filius ad te venit. ex quo mentem meam oēm intelligas. Quare quicquid tibi meo nomie expoſuerit ita accipies ac ſi me coꝛã loquẽtem audires Verba eñi filij patris ſunt omnia Itaqꝫ me totum in Xenophonte apud te exiſtimato. Te aũt rogo vt idem in me ſis qui fuiſti ſemper hoc eſt et facilis et humanus et quãtum ad regem attinet. pbeni gnius ſcliqua ex ipſo exenophonte cognoſces. Vale ex Mediolano pdie idus Iunias ¶ Franciſcus philel. Franciſco barbaro Salu.

Nihil quod ſcribat occurriſſe ait. Item de podagra

Uerenti mihi lr̃as ad te dare. quas lecturus libẽter foꝛes nullum ſa ne conſentaneũ muſis occurrebat argumẽtum Nã quid aliud Phi lelphus dignus ſcribat ad barbarũ q̃ de humanitatis ſtudijs. Ad hec ſci licet apud nos ſoꝛdent De rebus vero bellicis quas video quotidie impen dere ardentioꝛis. non eſt mei numeris quicq̃ obſtrepere Quod aũt acce perim te ex pedibus laboꝛare non p̃t mihi ꝓ noſtra ſumma beniuolentia non eſſe pmoleſtum Es eñ indignus qui quicq̃ patiaris quod nobis pre ſertim cũ ſis vita cõtinentiſſima. ni foꝛtaſſis iſte ſit moꝛbus an vſqꝫ maio ribus tuis hereditarius. Nã podagra vt Hipocratis ſententia eſt. fit eo ſanguine. quẽ bilis ac pituita coꝛruperit et id quidã in venis gracillimis. quibus coꝛpus. vt pnereſſarijs carere nullo pacto poteſt. At ipſe tu nulli es bili obnoxius. qui vn⁊ oĩm ſis moderatiſſimis moꝛib⁊ ſed ne petuite qui dem. qui nulla ſis nec ingenij nec coꝛpoꝛis craſſitudine Quare cũ iſtiuſmo di offenſio a parentibus in te inſit fer equo animo hereditatem. Vale ex Mediolano pridie idus Iunias.

¶ Fran. philel. Nicolao artimboldo ducali ſenatoꝛi ac Iureconſulto ſalutem. Promittit ſe curaturum omnia

Ni tibi viro integerrimo et eruditiſſimo hoĩ. et cũ rerũ mearũ omniũ tũ meꝛẽpſius in pꝛimis ſtudioſo gratificer oĩa que preſtari a me que ant ſim plane ingratus Faciã igitur quod tantopere afflagitas et id qui dem nõ libenter min⁊ q̃ diligenter Ceterũ noſti occupatioẽs meas quib⁊ ſi volũtatem meam cõparaueris haud me cũctatiõis accuſabis Studebo tamẽ anniterqꝫ manib⁊ ac pedib⁊. vt aiũt et diligẽtia oẽm ſuperet neceſſi tatẽ Vale Mediolani ex edibus noſtris idibus Iunijs.

¶ Franciſcus philel. Donato Actiolo ſalutem.

Nomina librorum venaliũ deſiderat ſibi ſcribi.

Accepi eſſe apud vos quoſdã priſcos de arte grammatica libros. quo cũ

quo tamen velim noīa ad me ſcribas. Nam quibus hoc tpe in publicis lu-
dis greci vtuntur libris pleni ſunt ineptiarum ac plane tales: vt ad dedi-
ſcēdum ſint. quam addiſcendum lōge magis accommodati. Tu fac quod
peto ac vale ex Mediolano Idibus Iuniȷ̄s

Fran. phi. Catoni Sacco equiti aurato ac iuricōſulto. Sa.

Arguit amicum auariuſculum factum.

Aiunt te mi Cato factum auariuſculum qđ plurimū miror Nam cui
parcis pecunias tuas. qui libros ne gigneris. vxorem. Mathuſalē
tibi matrimonio iunxiſti. Fratrine: At ille eſt longe te ſtultior. qui a tuo
cōſpectu non ſecus fugit quam ſi baſiliſcum intueretur Num te podagra
ſcirco in auariciam agit qđ metuas fore. ne ſi leges docere et ius ciuile co
garis deſerere ad paupertatem priſtinam redigare. quaſi tibi non prop-
terea iunxeris locupletē anum vxorē. quod nūmos liberis pretuleris Vi-
ue igitur vt conſueſti liberaliter. neq; tibi pauperies metui ſit. Nullꝰ eīn
vehementior dolor vacat febre. qua vna te breui ni ſapias omni exuet cu-
ra Vale ex Mediolano Idibus Iuliȷ̄s Frā. phi. Andree alamāno. S.

Commendatio hyronica ac ridicula

Demetrius ſcuropulus iſtac iter facturus in vrbem. Romam petit a
me: vt ſe tibi per litteras commendarē. Qđ mihi tam facile eſt quā
qđ faciliimum Non intelligas eum eſſe. Demetriū qui cum grauitate ac
vero nihil habuerit coē vnq̄. Ex liberario nō inepto quātū ad formam lit
terar̄ attinet vult videri phūs id qđ ex ornatu capitis lōgioreq; pallio ti-
bi facile fuerit iudicare Nā neq; vite inſtituis neq; doctrinā vlla phi quic
q̄ ſapit. Verū lingua eſt et celeri et expedita et ſuaui vt grecor̄ nemini ce-
dat Voce quoq; et clara et ſonora. Rem oēm tenes. Ita tibi hoiēm cōmen
do vt illi adſis et tecum habitet Vale ex. Mediolano idibus Iuniȷ̄s.

Frā. phi. Benedicto nurſino phō ac medico. S.

Peſtilentiam ſe timere ait et conſiliū petit

Non eſſe poſſum ſine ꝑmagne ſolicitudine animi ac moleſtia ob hūc
peſtilētie morbū quo vniuerſa correpta ciuitas in aſſiduis innumera-
bilibuſq; funeribus et dies conſumit et noctis. Neq; ſatis ſcio quid conſiliȷ̄
capiā. Nam ſine libris vniuerſaq; familia. hinc decedere et in humanum
ſit et dedecoroſum oīno. Diutius vero verſari inter tot tātos ineuitabiliū
ſagittarum iactus eſt hominis non minus diſſolui quam inſipientis pla-
neque inſani. preterea in quo ſim profecturus et quo pacto. quo et pecuni
is careā et ab omni fortaſſis vrbe metu contagionis excludar: Peto igi-
tur a te mi Benedicte v t tuis me prudētiſſimis conſiliȷ̄s adiuues Vale ex
Medio. idibus Iuniȷ̄s Frā. phi. Angelo aretino iureconſulto. Sa.

Peſtilentiam incrudeſcere ait

Et princeps abeſt Mediolano. et peſtifer hic morbus incrudeſcit indies magis ac magis Nec michi integrum eſt maneam ne an abeam. ita ſum et animo ꝑturbato et conſilij egens in tanta ꝑſertim rerū mearū oīm difficultate et inopiā Accedit item ad malū. quod edicto ꝑncipis cautum audio ne quis Mediolano decedens in loca alia admittat᷑ eius ditioni ſubiecta Rogo te maiorē in modū mihi facundia ut ꝙ primū conſulas. Vale ex Mediolano idib᷒ Junijs.

Fran. philel Ciccho Simonete Salutem. Paupertatis incōmoda narrat et conſuli ſibi petit

Deus ijs vel mortuis ſit iratus: qui primi auro et argento precium ſtatuerunt. vt caret alterutro inutilis vt ita dixerim habeatur. Quod nūc mihi video accidiſſe Quāto verſor in periculo atq; diſcrimīe inter hec peſtilencie iacula tute vel reticente me aiaduertis Si mihi adeſſent pecunie permultos haberem fautores et ſalutis et dignitatis mee. Sed quoniam illis careo. preter te vnū virum optimū et hoiem michi amiciſſimū ceteri omnis. alij negligūt al ij contempnūt Nec tamen tibi ꝑſuadeas valo me frangi aio aliud quicq̄ humilius de me ſapere Quin eorū potius miſeror qui in hois figura vitā pecudis repſentāt Velim tū tibi ꝑ nr̄a amicicia mihi conſulas q̄ ſit tua de rebus meis ſentētia Nam nec diutius mihi agere licet. Mediolani ꝑpter inualeſcentē indies magis atq; magis incrudeſcentē peſtilentie vim et efferatā rabiē nec alio ſecedere indigēti pecuniarū. lr̄e em̄ ducales nichil oīno nihil profuerunt apud hos ediles hoc eſt ꝑuentuū ducaliū mgr̄os quos vocant Ni metuerē fore. vt offendā principis volūtatem abirē extra hāc Galliam ciſalpinā tutioris in locos Vale et ꝑncipem hortare vt meminerit mei. Ex Medio. idib᷒ Julijs.

Franciſcus philel. Nicolao Cebe Salutem.

Cur breuis ſit indicat.

Reſpondi nudiuſtercius tuis lr̄is. Itaq; in p̄ntia breuitate ſum viſus preſertim quod xenophon filius iſtuc iret qui tecū meo noīe verba facturus eſſet Venit em̄. vt Joannē Mariū frēm comitetur Mediolanū. huic velim mea illa cōuiuia ad me des Vale ex Medi. idibus Junijs.

Franciſcus philel. Petro perleoni Salutem.

Filium ad ſe rediturum ſignificat

Puto audiuiſſe te inſtituiſſe Joannem marium filiū ad vos reditum facere Quare petijt per lr̄as. vt Xenophonta Genuam qua iter facturus eſt ꝙ primum mitterem quo ſe comitetur Mediolanum Reliqua xenophon ipſe filius meis verbis tibi coram narrabit. Ego Archianum vehementer cupio Vale ex Mediolano Idibus Junijs.

Franciſcus phiel. Petro thomaſio phō ac medico Sa.

Stomachatur ſe lr̄as ad ſe datas non accepiſſe

Cum ceteris in rebus me tue proxime lrē plurimū delectarūt. tum ergo me non mediocriter pturbarūt qd̄ publice fidei lrās significabas iam supra secundū mēsem missas ad me a Bernardo iustiniano viro patricio ꝛ michi amicissimo Fateboꝛ tibi ingenue que aū fuit opinio mea Institueram vt his ad resurrectionē chꝛistianā ire ad vos. Itaqꝫ me pararā quotidie lrās vestras auidissime expectans. Sed vbi aduenit constituta dies. nec ego ex te nec ex alio quoq̄ꝫ amicoꝝum. video quicquā epistolaruꝫ. cepi mecū vehementer stomachari atqꝫ irasci michimet. qui oīno frustra amarem Itaqꝫ decreuerā nichil posthac amplius ad vos scribere. Sicqꝫ distuli cōplusculum tpis vt nosti deinde cū exuitrisset ex cādescentia ꝛ animi eius vis rursus concaluisset non potui me continere. quin aliquid tecum obstreperem Nunc re quā scribis. diligenter considerata quid iudicatur? sim nescio Vnum aūt cupio vt me facias q̄ꝑrimum certiorē qui nam ille fuerit cui Bernardus lrās ad me dedit Reliquum est. vt alie paterentur publice fidei lrē. quibus tps duoꝝ mensium sit prefixū. atqꝫ incipiat ad xvij. cal. septembres Ad id eñ tpis institui ꝑculdubio vos visere id quod me tuto facturum volo At nolim. mihi obesse possit quod iādiu in his suꝫ quibus cū tam dura bella gessistis Sum aūt iturus ad alphonsum regē. Quare diuertā ex eo ad vos itinere Vale ex Medio. x. cal. Iulias

Franciscus philel. Henico danalo salutem.

Conqueritur se lrās non accepisse et venturū se spondet

Cum certioꝛ factus a Gabriele mirabili. qui mō istinc Mediolanum oratoꝛ rediit dedisse te sibi alias ad me lrās circiter cal. Febru. quas ego vidi nusq̄ꝫ Nec alie oīno vlle ex te michi reddite sunt lrē preter eas q̄s ex puteolis ad xvij. cal. maias ad me dedisti Ita michi tibi mirandum est si nullū a me rn̄sum accepisti Nam quid scripseras scire nō potui Ad ꝑrimas aūt rn̄di Nūc aūt habeo noui nihil Saturarū codex assidue exscribitur Si prius nequiero ad augustum saltem ire oīno ad vos cupiā. Ante id tpis nullo pacto licet. Vale ex Medio. x. calen. Iunias.

Fran. philel Catoni sacco iuriconsulto et equiti aurato Salu.

laudat amicum.

Xenophon filius coꝛam tibi exponet. quid fieri abs te velim Tu āt facies scio quod semꝑ consuesti et amice et recte. Ego ad augustū sum ad Alphōsum regē iter facturus ab eodē scꝫ inuitatus Reliq̄ ex ipo Xenophonte cognosces Vale ex Mediolano iiij. calen. Iulias.

Franciscus philel. Henico dauolo equiti aurato Sa.

litteras petit.

Quod modo x. calen. Iulias ad te scripsi hinc ad vos iter capiā ad proximum sextilē Interea vero tēpoꝛis saturaꝝ codex quē regi dono da-

turus ſum. luculentiſſime exaratur Tu veli operã des: vt regie familiari
tatis littere quorũ comitatu inter proficiſcendũ vtar, ꝗ̃ primum eant ad
me Audio iſtic eſſe venetorũ oratorem cuius tu hac in re opera vti poteris
ea ſcilicet vt iſtiuſmodi litteras ad egregiũ medicũ. Petrum Thomaſium
qui venetijs agit. et michi eſt familiariſſimus ꝗ̃ diligentiſſime perferen-
das curet Is enĩ eſt a me iam cõmonefactus vt eas lr̃as cũ primum acce-
perit mittat ad me Tu me interea diuo Alphonſo tibiq; commenda Va-
le ex Mediolano pridie calendas Julias.

¶ Franciſcus philel. Ciccho Simonete Salutem
Conqueritur ſe pecunias non recepiſſe.

TErnis lr̃is meis eſſe factus me neq; Papia neq; Mediolani rem pe
cuniarum quã decreuit pnceps. conſequi potuiſſe. Nam Papienſes
et Mediolanenſes magiſtratus nullas pecunias eſſe reſponderunt. Id
autem quanto michi incõmodo ſit. vel me reticente cognoſcis. Itaq; tue
humanitatis ita ad hos Mediolanenſes ſcribere. vt intelligãt ſe ſua falli
oportere opinione, qui volunt ſe plus poſſe ꝗ̃ pncipem Vale ex Mediola
no pridie calendas Julias ¶ Franciſcus phi. Petro Thomaſio
Salutem. Deſiderium videndi amicum inſinuat.

IAm quarto ad te ſcripſerã poſteaꝗ̃ nulle reddite ſunt lr̃e tue. poſtea
vero nichil accidit quod tua intereſſe arbitrarer preter incredibile de-
ſiderium meum viſendi tui. quod indies magis magiſq; augeſcit Hoc au
tem me leuare tui eſt officij Vale ex Mediolano xv. calen. Auguſtas.

¶ Franciſcus philel. Aenico daualo equiti aurato Sa.
Venturum ſe dicit et litteras regis expectat

APpropinquat iam Auguſtus. quod ad tempus ad vos vẽturum an
tea ſcripſerã Saturarũ codex feſtinat ad calcẽ. Ego litteras regias
quibus de antea ad te ſcripſi vehementer expecto. Vale ex Mediolano.
xv. calen. Auguſtas. ¶ Fran. phi. Petro perleoni Salu.
Excuſat ſe apud amicum et ei negotium dat.

QVeſiui diligenter vt tibi quẽ cupis laboris ſocium aliquẽ inuenirem.
Nemo hic eſt in pñtia que iſtiuſmodi ꝓuinciã velit. Nec tamẽ dubito
fore. vt cũ melius res hic habuerint non ſe aliquis offerat quẽ ad te mittã
Interim cura. tu valeas cum ſponſa. et ad me Arrhianũ hyſtoricũ ꝗ̃ pri-
mum des. Ad hec velim dicas Nicholao Cebe homini amiciſſimo verbis
meis vt curet ſi me amet. mea ad me conuiuia propediẽ dare. Cupio enĩ
illa mecũ ferre in hoc meo ad Alphonſum regẽ itinere Si alius fidus nũ-
cius non occurerit ſaltẽ tabellarius mercatorũ deeſſe nõ poſſit cui quicqd
nũmorũ ꝓmiſerit ipſe libenter diſſoluã Vale ex Medi. xv. kal. Augu.

¶ Franciſcus philel. Petro Thomoſio medico Salu.

Silentium latenter accuſat.

NOn poſſum non ſua dubitare factum eſſe. vt tot quas ad te dedi litteras intercepte ſint quandoquidem iã ſextum ſcripſerim poſteaq̃ nulla mihi omnino vel breuis epiſtola tua reddita eſt. Deus interceptoribus malefaciat qui me priuant iucundiſſimo fructu ſermonis tui qui mihi omni melle eſt ſuauior Itaq; velĩ cures. vt omni ratione atq; arte fallẽtis fallas ac me expleas deſiderio lr̃arum tuarum. Vale ex Mediolano. ſeptimo idus Auguſtas.

Fran. philel. Petro thomaſio medico Sa.

Officium petit amici

AD ſeptimum idus auguſtas cũ iam meas lr̃as obſignaſſet bine mihi tue reddite ſunt. quibus diligentiſſime perlectis. reſpondi etiã tunc tibi quãtum opus fuit Nũc aũt opus abs te peto atq; contendo. ac ſi pateris etiã atq; etiã rogo. vt omni cura et diligẽtia operam des vt que mea ſis intereſſe q̃ primũ conficias. hoc mihi nec gratius facere potes nec neceſſarium magis Vale ex Mediolano xviij. calendas Septem.

Franciſcus philel. Joanni Mario filio Salu.

Profecturum ſe dicit.

NE fruſtra ad nos eas hoc die Mediolanũ egredimur perituri Cremonam. Vbi tamdiu futuri ſumus. quoad hec peſtilencialis morbi procella conquieuerit Vale ex Mediolano v. idus Septem.

Fran. philel. Joanni Mario filio Salutem

Eiectum ſe ex vrbe dicit ob peſtem

CVm heſterno veſperi Cremonam veniſſem⁹ eſſemuſq; excepti minime inhumaniter. hodie ex vrbe eiecti ſumus In cauſa hoc fuit. Erat mihi ſerua mercenaria ex familia non ignobili aliprãda. nomine Antonia et ea quidem puella non inuerecunda. Hãc reliqueramus in cymba vna cũ Maria nutrice tua. vt tantiſper res noſtras aſſeruarent. dũ edes conduceremus Nam cũ xenophõte ſororibuſq; ac genero apud honeſtum cauponẽ interim diuerteram⁹ dum poſt paratas edes hodie cymbam repeto quo et res et mulierculas agere ad edes offendo. Antoniã ſubita peſtilentie vi correptam animam afflaſſe poſitamq; in ripa. ibidemq; maximum hoim̃ concurſum ac tumultum. Non potui michi non metuere in tanta hominum barbaria ſed multo magis filiabus quas vna cũ genero in vrbe dimiſeram Quid multis Michi in vrbem regredi poteſtas adempta eſt reliquis itẽ noſtris ex vrbe continuo eiectis Guri nũc ſumus quod in ſuburbio iacet. qua itur Mantuã Vale ex Cremona pridie Idus Septembres.

Franciſcus phi. Teodoſio Cribello Salu.

Hortatur amicum vt res aſſerum ne furto ſurripiãtur

SI grato in me animo eſſe volueris. vt et eſſe debes ꝙ ipſe te futurum

puto curabis oīa que iſtinc decedēs tue fidei mādaui. et amice et diligent in p̄miſq; ne quid mihi detrimenti domi fiat Nam te haud latet quātus nunc furū numerus ꝓpter abſentiā ciuiū. Mediolano vbiq; noctu atq; die inſidietur vt nulle edes ſatis clauſe iſtis ac munite ſint. quare tue fuerit cure ac beniuolētie erga me operā dare ne quid nobis ſurripiatur abſentib⁹. Vale ex ſuburbano rure Cremonēſi Idibus Septēbribus

¶ Franciſcus philel. Matheo pyſaurenſi edili curuli ſa.

Eiectionem ſuam narrat.

QVod ſcire cupis q̄ me humane et liberaliter Cremonēſes exceperit. accipies paucis Me aduenientē vniuerſa ciuitas et vidit et honorauit egregie Sed vbi accidit. vt mercenaria quedā mea ſerua peſtilenciali morbo correpta. vitam ſubito deſeruerit tumultus ingēs in vrbe aduerſus me exortus eſt quem plebeia inſania cōcitauerat Nam qui viri nobiles atq; boni eam vrbem inhabitāt nichil huiōi non modo nō fecerunt ſed ne tētauerūt quidē Sum cōtinuo cū vniuerſa familia vrbe excluſus ꝗ nō ſine magno quidē vite periculo. Vagabar in campo auxilij oīs atq; opis expers Nec quid cōſilij caperem ſatis mihi erat in ꝓmtu vſq; adeo eram animo perturbato in tā repentino inſanientium hoim motu Tandē vbi paululū plebius ille furor ſedatus eſt. p̄ſtātes q̄dā pauci atq; boni ciues permoleſte me adierunt . meq; hortati ſunt. vt modice ferrem atq; equo aīo plebeiā illam ſtulticiā que lōge magis q̄ mihi bonis omnib⁹ ciuilibus permoleſta extitiſſet. breui aūt fore vt illud omne erratū haud ignobili diligētia farciretur Meq; duxerūt in ꝓximū quodam ſuburbiū vbi rus eſt ac villa cuiuſdā ciuis per ſechetae Vn electo villico michi villa vna cū rure tradita eſt tantiſper incolenda. donec publica diligentia aliter mee et rei et dignitati ꝓuiſum fuerit Ceterū in p̄ñtiā incōmodi⁹ agere nihil poſſem Nam oīa michi deſunt preter culices puliceſq; et muſcas Vale ex Cremonenſi rure ſuburbano xvij. calen. Octo.

¶ Fran. philel. Chriſtoforo Marliano Salutem. Amici preſentiam petit.

HOdie cum tibi p̄mū facultas oblata fuerit fac ſi me ames . vt te videam Sunt enī quedā mihi tecū cōmentāda Preterea vacu⁹ ne omnino venias. atramēti aliquātulum tecū affer. nam atramētariū meum eq; ſitit atq; nos oēs Xenophon filius petit abs te aliquātulum vernicis. Vale ex ſuburbano rure x. cal. Octo.

¶ Fran. philel. Jacobo camerinati Salutem Amicum vt ſe conueniat orat.

OPpio quedā cōmentari tecū Itaq; rem michi pergratā factus es. ſi cum quid ocij hodie nactus fueris. huc te conferes. quādoquidē nos ad te ire barbaria iſta non ſinit. Arca illa nr̄a cū libris eſt etiam nunc ſub Jone. Vale ex rure ſuburbano x. cal. Octobres.

¶ Franciſcus phīlel. Ioanni iordiani iuriconſulto Salu.
Longum ſilentium excuſat et ſtatum ſuum indicat

Pręterierunt anni iam triginta et amplius. poſteaꝙ nec verborum
a me nec lr̄arum aliquid accepiſti nec ego item abs te Idqꝫ non alte-
rutrius volūtas aut negligentia vlla fecit. ſed longiſſima locorū interual
la. Nā cū tu adhuc Pataui opam dares iuri ciuili ego a Venetis ſolpēs
in Thraciam nauigaui. quo greca ſapiētia factus doctior maiori vel vſui
vel ornamento latīe lingue futurus eſſem. Qua vna re factum eſt vt me,
tua ſcribendi viciſſitudine ꝑuati iamdiu fuerim⁹ nā poſt annū ſeptimum
vbi in italiam reuertiſſem. et ſi eram⁹ ꝓpinquiores. tn̄ cū tēporū quoqꝫ di
fficultas nobis fuiſſet impedimēto vterqꝫ ſiluim⁹. Nūc vero cū propiores
facti eſſemus tēpuſqꝫ ipm̄ nos mutuo ad ſcribēdum hortaretur. aūuerte-
re ꝙ āuerti malui. vt ītelligeres nulla amoris officio me poſſe abs te ſu-
perari Scire aūt cupio ꝙ belle valeas. et quātā me beniuolētia ꝓſequere
Nam ego te non diligo ſolum. ſed ita amo vt nihil ad cumulū addi queat.
valeo aūt pulchre apud. Cremonēſes vero me ideo recepi. qm̄ Mediola-
num qua ipſa in vrbe domiciliū mihi perpetuū conſtitui peſtilētia indies
magis atqꝫ magis inualeſcit increudeſcitqꝫ Reliquū eſt. vt ꝙ diu in ꝓpinq
futuri ſimus ꝙ creberrimis inter nos lr̄is quotidie aliquid cōmētemur.
Vale ex rure Cremonenſi ſuburbano x. calen. Octo.

¶ Fran. philel. Iacobo Camerinati ſa. Incōmoda ſua narrat amico.

Exiſtimo ab ingenio adoleſcente. Chriſtophoro marliano ea omnia
verbis meis renunciata que a me mane corā accepit. Nichil aūt aut
temere aut minus cōſulto locutus ſum Ruſticor enī vt noſti iam diem ſex
tumdecimū non ſolū incommode ſed in maxima rerū oīm penuria. quid
CVm primū Candidus bontempus equus auratus principis tui no mine veniſſet Mediolanū . et ex eo certior factus eſſem de omni ſta tu tuo id qd̄ minus cumulare ex litteris tuis quas filio xenophōti ad me dederas . ante cognorā mirabili gaudio ſum affectus et tibi per meas lit teras vt pateat cōgratulatus Deinde cū dies cōpluſculi preteriſſent di dici ex eodem Candido litteras meas oīs et quas ad te et quas ad princi pem tuum dederam et inter eundem tabellario interceptas ſurreptas ſue. Itaq; et ad Sigiſmūdum principem eadem rurſus ſcripſi que antea et tecum idcirco egi breuius . q̄m per tabellariū non licuit vti prolixitate Quare ea duntaxat audies grece que apud principem tibi tuum verbis

meis et dicenda ſunt et curāda Vale ex Mediolano xvi. calen. Maias.

¶Fran. philel. Jacobo camerinati Salutem
Locum et tempus prefinit conueniendi amici.

Niſi vehemēter amem amorē tuū. ingratus ſim Que ſplendidiſſimi equitis aurati Joannis tholentinatis ſcriba tuo nomine michi corā expoſuit libentiſſime audiui. Quid aūt aut ſentiam aut velim. tecū vna Cremone ad paucos vſq; dies cōmentabor at ſtatuam Nam ad calēdas Maias hinc capiam iter ad vrbem Romam negocij mei gratia. id quid ē ex principis noſtri ſententia. Quod aūt queri viſus es. quod nichil ad te ſcribam. non iure id facis Nā primis diebus lr̄as ad te dedi Tu vero Endymionis ſomnū dormitas. reſpondes omnino nichil. Sed idcirco ignoſco tibi quod ita ranarū. Cremonenſiū clamoribus obtunderis. vt apud te eſſe non poſſis Vale ex mediolano xiiij. calendas Maias.

¶Franciſcus philel. Alexandro Sphortie Salutem
Admonet quendam vt ſibi inſeruiat.

Et ſi proximis lr̄is debes ſatis intellexiſſe. q̄ michi opus ſit opera tua nec preterea ſum ignarus tū p animi magnitudie tū p mea erga te conſeruātia te michi libenter gratificaturū. tū quia noui maximas ac pene infinitas occupatioēs tuas rurſum viſus es admonendus Ergo ſi Romam ſum ppediem conceſſurus Nec omnia michi adſunt quibus eſt opus ad id itineris. Nec michi tam mee q̄ Sphortiane dignitatis ratio eſt habenda Reliqua tu pro tua prudentia potes conſiderare Vale ex Mediolano. Decimoquarto calendas Martias.

¶Franciſcus philel. Alexandro Sphortie Salutem
Gratias agit et promiſſa petit impleri.

Perhumaniter mihi nudiuſtercius pbenigneq; reſpōdiſti. Itaq; tibi non poſſum ingentis gratias non habere. Dicis tu autē et facis oīa pro magnitudine animi tui nobilitateq; nature Reliquū eſt vt qd̄ tua illa graui ſuauiſſimaq; epiſtola michi tam liberaliter recepiſti ad quadriduū vſq; te facturū id olim effectum reddas. Nam hoc michi preſtare gratius hoc tēpore nihil potes. Vale ex Medio. iij. calendas Maias.

¶Franciſcus philel Nicomedo tranchedino Salutem.
Hortatur amicum vt compleat promiſſa

Quanq̄ non erā neſcius te memorē fore. et quid mihi coram recepiſſes et quid te facere oportet tamē cū mecum aio volutarē q̄ eſſes occupatiſſimus. rurſum viſus es admonendus. duo ſunt que tua mea cauſa facturus: alterum Florentie ore auribuſq; tuis et Rhome alterum per litteras hec vt et q̄primū et diligenter cures. te etiā atq; etiam rogo. Vale ex Mediolano pdie calendas Maias.

¶ Franciſcus philel. Alexandro Sphortie Salutem.

Gratificatur amico pro munere

QVem roſei coloris pannū dono miſiſti m libentiſſime accepi Sūqȝ tua munificentia non mediocriter delectatus. et ne id quidē minus animi tui q̄ doni magnitudine. Non enī quod muneratur ſed munerantis animus maxime liberalitatē benignitatē qȝ declarat et facit. Nam quod verbo extenuaris quod eſt apud me ampliſſimū. ſatis id ſuperqȝ oſtendit et me tibi eſſe chariſſimum. et te nichil pluris ducere q̄ virtute Gratulor igitur felicitati tue qui vt es animo excelſo ſplēdidiſſimoqȝ ingenio. nihil abiectum. nichil humile neqȝ loquaris nec ſentias. Reliquū eſt vt tibi perſuadeas tua apud me beneficia oīa fide bona eaqȝ non ingrata eſſe depoſita Valeer Mediolano iij. nonas Maias.

¶ Franciſcus philel. Nicolao arcimboldo iuriconſulto Sa.

Operam petit amici.

NEquaqȝ ſum neſcius mea tibi omnia maxima cura eſſe Quo fit. vt vel tibi fortaſſe videar rem meā admodū negligere. qui nullum faciam tecū verbū. cuius mihi opera vehemētiſſime opus ſit Quod ne accidere iure poſſit peto abs te. vt quod vna de mea profectione commentati ſumus. q̄ primū quātum in te fuerit confectū reddas Hoc erit michi tam gratum q̄ neceſſariū Vale mediolani ex edibus nr̄is Idibus Maijs.

¶ Franciſcus philel. Alberto Zancario Salutem.

Grās agit amicis. laudantibus reſpōdit pmittitqȝ aduentū ſuum.

ACcepi lr̄as tuas ad me et cum his eas binas. quas duo diſertiſſimi Nicolai et perottus et vulpes ad te dederāt. Habeo tibi et Nicolais ingentes gratias. q tam amice de me ſentitis. Nam quid dixerā vere cū et ipſe longe humilius de me ſentiā ꝑ amorē vnde manat amicicia ſecum ſtarit antiquitas In pn̄tia tecū pluribus agere impedior Ad paucos vſqȝ dies longior ſum futur⁹ et id quidē nō ꝑ litteras ſed preſens ipſe et coram Vale et vtriqȝ Nicolao ſalutem plurimam dicito verbis meis ex Mediolano. xiiij cal. Julias

Fran. phi. Galeatio epō mātuano. Salutē.

Pecuniam ſibi cōmodari petit.

SI ſi vna omniū voce predicationeqȝ cognitū mihi eſſet te animo vigere ingenti et ꝑbenigno ſubdubitatē fortaſſe bn̄ficij quippiā abs te petere a quo nihil antea pmeruerim ſed cum ſis tali tantaqȝ virtute. vt humana oīa infra te ducas intelligaſqȝ nichil eſſe magis homini ꝓprium qȝ bn̄facere vel ignotis. quippe qui ſe ſimiliimū eius velint ad cuius eſt imaginem ſimilitudineqȝ creat⁹. maiore cū fiducia tuas en pulſo fores quas michi facile apertū iri non dubitē deſpondi modo filiā viro bono et nobili cui dotis charitudie tradere nondū potui Nam vt noſti. virtus et diuitie.

ſimul eſſe non pũt Te igitur ꝑ tuis maximis innumerabilibus virtutibus maiorẽ in modũ rogo atq; oro. vt ducatos centũ michi commodes ea condicione. vt intra annũ eos tibi omnino bona redditurus ſim Quod ſi prius vt ſpero preſtare potero. nihil diſſimulabo Scio te id quod ſumme tue eſt laudis. nũq̃ pecunijs abundare. et ſi redditus habes ampliſſimos tũ ex eccleſia. tum etiã ex patrimonio Nã quicquid ſupereſt a rebus neceſſarijs. id omne vel ꝑ liberalitatis. vel pietatis officio in eos tribuis quos dignos cenſeas. in quos beneficiũ conferatur Tue igitur humanitatis fuerit. vt ita in me pius liberaliſue ſis. vt intelligas nullum apud me officiũ intermoriturũ. Non eñ ſolum ad conſtitutũ tempus tuum ad te mutuũ redibit Sed cum vſura etiã lr̃aria redibit Huius aũt rei gratia hunc meum adoleſcentem ad te fidum nunciũ. cui velim ad me des. quod petitur Vale ex Mediolano x. calendas Julias.

¶ Fran. philel. Georgio Trabeſonde Salutem dicit

Dicit ſe quendam cũ ſummo pontifice in gratiam redigiſſe

Quod iſtinc abiens tibi ſum pollicitus ibi primũ in vrbem veni. et ſummi pontificis Nicolai quinti adeundi michi data eſt facultas. quo tẽpore adhuc ex pedib⁹ non mediocriter laborabat. ita egi cãm tuã. vt eius animũ iampridem alienarũ. vt noſti ita ad te conuerterim. vt reditũ ad ſe tuũ non ſolum admittat. ſed etiam deſiderare videatur. Itaq; moneo te atq; hortor ne differas aduentũ tuum. ſed velis ac remis (vt aiunt) ſecundis flatib⁹ te cõmittas Nam oĩa tibi in portu. oĩa tranquilla futura ſunt. Vale et maieſtati regie me cõmenda Ex vrbe roma. v. cal. Septem.

¶ Franciſcus philelphus Nicolao arcimboldo iuriconſulto atq; ſenatori ducali Salutem.

Equuleus laudat equum.

Haſce ad te lr̃as dedi ex Tholentino. vnde poſt occiduũ arripiam ad vos iter. tum equeſtris inſignib⁹ et poetica laurea ornatus. tum ſecretarius apoſtolicus Equuleus tu⁹ ſi tãta eſſet corpis magnitudie quãta animi ne bucefalo quidem cederet Mirum eſt q̃ ſe obſequentẽ preſtat Vale meq; vt facis ama ex Tholentino idibus Septembrib⁹

¶ Fran. philel. Ciccho calabro Sa. Reſponſum petit.

Miror q̃ nichil ad ea reſponderis. que proximis diebus tibi de re mea ſignificaui Nõdũ fortaſſis a pncipe didiciſti. qđ cupimus Ita rogo te vt tandem rñdeas. meq; de omni eius ſententia facias certiorem Vale ex Mediolano x. calen. Nouem.

¶ Fran. phi. Alberto Zancario Sa.

Excuſat ſe ſilencio.

Olim tibi pſuadeas quenq̃ eſſe ex amicis omnibus te mihi chariorẽ Id eñ cũ moleſtiſſimi tui mores. tũ pluria et maxima bñficia. citro

mutua pietate collata iampridē facile preſtiterunt Quod aūt nihil in hāc diem poſt abitionē iſtinc meam ad te ſcripſerim illud ſcilicet fuit in cauſa. quod fruſtra id facere nolebam Nondum eñ p̀nceps meus in vrbem redijt ex caſtris. Neq; eo abſente habeo quicq̄ quod tibi ſim ſcripturus Tu interim bona ſpe eſto Non eñ fallā q̄ de me indubitatā habes opinionē. Vale ex Mediolano xiij. calendas Ianuarias.

Franciſcus philel. Nicolao Varoni. Salutem.

Commendat quendam

QVi tibi reddidit has litteras. vir eſt bonus et non indoctus. michiq; multos iam annos perfamiliaris quem vt et diligas. et comendatū habeas. rogo Vale ex Mediolano x. calendas Febrūa.

Franciſcus philel. Nicholao quinto ſummo pontifice Salutem dicit Plurimam.

Dicit ſe peragere ſibi mandata et gratum ſe oſtendit

STephanū Cachvam nouarienſem et. Taurinatā archidiaconū tue ſanctitatis cubiculariū in his que mihi expoſuit tuo nomine ſumma cum obſeruantia et libentiſſime audiui Nec diligenter minus q̄ fideliter geſſi omnia geroq; aſſidue. que tū lr̄is tuis tū eius nuncio. tibi grata fore cognoui Habeo aūt beatitudini tue gratias immortales. q̄ fidei mee pietatiq; erga me ita fidis. vt debes Quid eñ pro te facturus non ſim. cuius ſingularē ſum iampridem beniuolentiā et precipuam. modo benignitatē in me expertus Tantū me tibi debere intelligo vt me vitam quidē ipſam in mea magis q̄ in tua poteſtate poſitā eſſe velim Itaq; imperare ſit tuū pro voluntate ōnia. parere aūt me cū omni integritate, veneratiōe induſtria Vale pater beatiſſime Ex Mediolano iiij. cal. Martias.

Franciſcus philel. Petro Nucerano Salutem

Miratur ſibi nihil eſſe reſponſum.

ANthonio litte Mediolanenſi preſbitero lr̄as ad te dedi. quarto idus Nouembres Eratq; cū hijs ſaphicum adonicūq; carmē ad ſanctitatē domini noſtri longiuſculū Sum aūt miratus. q̄ nihil in hanc diem mihi Nec potui non dubitare ne lr̄e tibi mee reddite fortaſſe non eſſent Noui eñ facilitatem noui humanitatē noui liberalitatem animi tui. Itaq; non ſine cauſa id accidiſſe arbitror Sed cum hac de re. tū de alijs nōnullis xenophon filius tibi corā exponet Tu velim me (vt facis) ames Tibiq; perſuadeas eum eſſe me. qui tibi omnium maxime noſtri ordinis ſim affectus. Conuiuia Mediolanenſia eidem xenophonti filio ad te dedi. Vale ex mediolano quarto calendas Martias.

Franciſcus philel. Petro perleoni Salutem.

Inſidium quendam eſſe dicit

BInis aliis lr̃is tibi ſignificaui. Joannem Caymum neq; feciſſe neq; facturum ſani quicq̃ de re tua. Neq; dicit tibi debere nihil qm̃ pro te aliis ſatiſfecerit At illi quos is predicat factum id pnegant Itaq; ſi me audis. tute mediolanum concede Nam ſi ſecus feceris edeſq; negligẽtia tua quadam amiſeris Tu rem paucis tenes Reliqua ex xenophonte filio corã accipies. Vale cum pudiciſſima vxore tua Neq; tuo illuſtri principi commenda Ex Mediolano quarto calendas Martias.

¶ Franciſcus philel. Petro barbaro cardinali veneto Sa.
Gratum ſe eſſe dicit.

XEnophonti Romam venienti idcirco lr̃as ad te dedi. vt intelligeres me tanti facere beniuolentiã tuam. q̃ nihil nuper cũ iſtic eſſem certiſſimis documẽtis corã declaraſſi vt omnia de te mihi ſperare poſſe videar Id aũt eo facio ꝙ maiore cũ fiducia et libẽtius. q̃m noui nullũ apud me vnq̃ intermoriturũ beneficium tuum. Nam eſt apud me antiquius nichil gratitudine atq; pietate. Reliqua tu ex xenophonte cognoſces. Vale pater ampliſſime Ex Mediolano iiij. calen. Martias

¶ Franciſcus philel. Dominico cardinali firmano Sa.
Excuſat ſe preclare q̃ amicum non ſalutauerit

NOn poſſum non accuſare erratũ meum quod nuper fuiſſem Rome ad te minus ſalutatũ ierim. cui me iampridẽ norim eſſe chariſſimus Nolim tũ exiſtimes id vel negligentia mea vel quod tui oblitus fuerim accidiſſe Sed dum cupio in te adeũdo minus ineptus exiſtimari. fui in officio ſeruando minus erga te officioſus. Volebam enĩ ꝓ amplitudine tua et pro decore adire te. et eos conferre ſermones. qui et auditione tua et oratione mea non indigni iudicarentur Quare dũ ſtudeo ea expedire negotia que michi erant apud ſummũ pontificem. pluſq; in his q̃ putarem tẽporis conſumo. tandẽ coactus non te añ adire q̃ abire Itaq; in ipſa abitione mea ex vrbe. Roma inter equitandũ accedo ad ipſas edes dignatiõis tue Is qui triclinii preeſſe officio reſpondet in cubiculo te eſſe diuino interuetũ miniſterio Nec licere ſibi interea tpis adire te Quid mult; Tris horas expecto. cũ ne ipſe quidẽ oſtiarius amplius quicq̃ reſpondet mihi Ob rem dũ video mutũ ſeruari ſilentiũ et ipſe ad abeundũ ſollicitarer a comitatibus ne aut importunior aut ineptior dici poſſem. abiui equidẽ ſubtriſtior quod viſere te nequiuerim quẽ mirifica obſeruantia ꝓſequor Tenes ecce rem omnem Tue fuerit vel clementie michi ignoſce vel ruſticie oſtiarium caſtigare qui vt eſt genere germanus neq; humanitatẽ ſapiat nec hominũ habeat diſcrimen. Reliqua ex xenophonte filio cognoſces. Vale pater humaniſſe ex Mediolano iiij calendas maias

¶ Franciſcus philel. Joanni auriſpe Salutem
laudat amicum.

QVanti ego te ſemꝑ fecerim ac faciö nemo eſt qui id melius ſciat ꝙ tu. Jd certe exploratiſſimū habeo. me tibi eſſe chariſſimum. fide autem in amicos et prudētia tāta vales quāta ſcio maiore neminem. Itaq; nihil eſt quod te ſperare autim Quibus aūt in rebus tua mihi et operam et diligentiam preſtes Velim xenophon filius tibi corā oſtendet. Vale ex Mediolano quarto calendas Martias.

¶ Franciſcus philel. Henico dauolo equito aurato Salutem
litteras petit de ſtatu amici.

CVm ad vndecimū calendas ſeptembres caſtris regijs abijſſem repetituros Mediolanū nihil michi moleſtius fuit ꝙ quod te qm̄ heſterno veſpi. Neapolim reuertiſſe ferebaris eo die videre complectiq; nequiuerim Itaq; abiens mecū tuli incredibile deſideriū tui quem ꝟ abſentem abſens intueor et complector et alloquor Cupio aūt maiorē in modum per tuas lr̄as intelligere et quid agas et ꝙ charus tibi ſim Sed horū alterum perſpicuū mihi eſt Non enī poſſum non amari abs te q̄ iē tantope ipſe colam Alterū bn̄ ſpero. Nam qui vir magnus es et rebus ornatus omnib⁹ te bene agere ac rebus vti ſecūdiſſimis dubitare certe nō debeo Gratiſſimū tn̄ michi factur⁹ ſis. ſi que de te michi in ſpe ſunt poſita ea tu lr̄is tuis vel confirmabis vel augebis. Vale decus meū et me Alphonſo regi commenda et vt ſoles chariſſimū effice Ex Mediolano iiij. calen. Martias.

¶ Franciſcus philel. Nicolao Cebe ſalutem.
Interrogat de nauigio.

INcipiēti iam michi expectare litteras tuas aliud occurrit in mentem Cupio enī ex te intelligere vlla ne a vobis ſit aut in Thraciā aut inchidos nauis traiectura. que iſtinc ſoluat ante calen. maias. Et hoc et q̄ proximis lr̄is ad te ſcripſi ne negligas rogo Vale ex Medio. viij. id⁹ mar.

¶ Franciſcus philel. Alberto Zancario ſalutem.
Excuſatoria epiſtola

DEus maleſaciat factionib⁹ ſuſpicionibuſq;. quibus ſit vt tue meeq; voluntati mos geri non poſſit Petierā a principe meo quod te velle intellīgebā Js michi liberaliſſime reſponderat vt ſemꝑ omniaq; mea cauſa facturū ſe affirmaret. Deinde cū rei cōficiunde ſtuderem aīaduerto hunc refrigeſcere Quod ego moleſte ferens cōtractionis cauſam quero Tandē michi reſpondet ſe et mea et tua cauſa velle omnia. vereri tamen ne iſtic alloqui huiuſmodi beneficij genus indigne patiantur Itaq; ſibi et hominum habendam eſſe temporū rationē Reliqua tu ꝓ tua prouidentia conicita. Vnūq; tibi ꝑſuade nihil apud me eſſe antiqui⁹ beniuolentia noſtra

Vale ex Mediolano v. nonas Martias.

¶ Franciſcus philel. Bernardo Iuſtiniano Salutem.
Excuſat amicum non reſcribentẽ et tamen cũ vacabit
vt ſcribat orat. certiorq; fieri petit de ſtatu amici.

Nichil eſt michi beniuolentia tua certius Quid enĩ non amem quem vir maximus et clariſſim⁹ pater tuus. Leonardus et dilexerit unice et ſummis beneficijs affecerit Itaq; nõ mõ non miror ſi q̃n meis lr̃is inuitatus nichil reſponderis. licet ignoſco potius occupationib⁹ tuis quib⁹ fit vt neq; amicis poſſis nec ipſi tibi omnino ſatiſfacere. Verum ſi quid ocij quandoq; nactus fueris rẽ facies michi gratiſſimaꝫ. ſi et de te et de rebus tuis me red[d]ideris certiorẽ. in p̃miſq; nũq̃d in naufragio byzãtino iacture quippiã paſſus ſis non enĩ poſſum vereri. ne quid inde tibi detrimenti acciderit ob tuas pecunias quas habeas Conſtantinopoli in mercatura occupatas. Ad hec rogo te vt opuſcula illa mea que abs te meo nomine eloquentiſſimus medicus Petrus Thomaſius petijt huic iſti tabellario aut eidem cõmuni amico ad me des Vale ex Mediolano p̃die ca. Apri.

¶ Franciſcus philel. Iacobo cuſano iuriſperito Sa
Laceſſentem ſe monet vt deſinat.

Es tu in me. Iacobe quotidie q̃ par eſt importunior Id quod ne poſt hac facias te non ſolum moneo. ſed etiam hortor ac rogo Nam quãq̃ magno aĩo viri eſt iniuriã cõtẽnere contumeliã tamẽ ferre nemo ſi ſanus ſit debet: ſtultus eſt enĩ qui et alioꝝ et ſue dignitatis rationẽ non habet. Dua ſunt clauſtra natura lingue obiecta et dentes et labia quibus admonemur eſſe nichil efficiendũ ſed aſſeruanter oĩa prudenterq; dicenda Neq; in teſtimonijs mẽtiri nos oportet. nam ſic ſumus in deum impij, neq; in defendẽdo oppugnãdoue aut periuros aut pernicacis id quod faciunt ij omnes qui ſimplicis aĩe ſceleratiſſimã ſerram fouent Tu me ſatis intelligis ſi iuſticiã ueritatem tueris nullã mihi facis iniuriã Sin ſecus facias tibi ipſi noces. Vtrumq; res habet compeſce linguam et me laceſſere maledictis noli. neq; irrita tela obtuſaq; conuerteris. retorqueantur in te longe acutiora Tibi lingua eſt ut videre videor ad inuehendũ apta: At Philelpho tuo et lingua eſt et arundo longe quã diuturnior Itaq; ſanius tibi conſulas. ſi me philoſopho uti malis q̃ vel oratiõe vel ſatyro ut cõſueuiſti Vale Mediolani ex edibus noſtris viij Idus Apriles.

¶ Franciſcus philel. Nicolao Cebae ſalutem.
Laborare amicum ex cure dolet: et litteras
ſuas illi non redditas.

GAbriel vir religioſus idemqꝫ qui modo iſtic. Mediolanũ petijt. fecit me certiorem te neſcio quo modo ex crure laborare. mirari preterea ꝙ nichil tibi ad ea reſponderim. que re vxoria ad me ſcripſeras Vtrumqꝫ ſane dolui et ꝙ tibi crus moleſtiam attulerit. ꝙ bine mee littere tibi reddite minus fuerunt Nam harum ego alteras publico mercatorũ tabellario alteras Leonardo ſcribe veſtri principis ad te dederam Nec igitur eadem ſepius repetam illarũ litterarũ exempla cum his vna ad te miſi. Tu vale et crus q̄ diligentiſſime cura. Ad hec ſi quid habes de Thurcis ad me perſcribe Ex mediolano iiij. idus Maias

Franciſcus pphilel. Ioanni marchioni montiſferrati Salutem plurimam dicit
Cauſam ſilentij reddit.

SI nichil tamdiu ad te ſcripſi. puto idcirco te non mirari ꝙ noris id michi facere non licuiſſe ob tempeſtates ꝓcellaſqꝫ bellorũ Nam ego te et amo et obſeruo. non ſolum ꝙ de me ſis meritus optime. ſed quia dignus es. quē boni viri ac docti omnes et colant et venerētur Itaqꝫ ſi quid in me eſt quod tibi ſit gratum id iure peculij. tuum cenſe. Ego aũt abs te aliud peto niſi vt me amas. vt ſoles. p̄terea maiorē in modum rogo te vt meos illos de exilio libros xenophonti filio ad me des Vale ex mediolano idibus maias.

Fran. philel. Lombardo Collioni Salutem
Litteras petit

QVe michi ſolomon iudeus nomine tuo expoſuit audiui. miratus aũt ſum ꝙ nullas ad me litteras dederis. fac igitur abs te ipſo audiam q̄ per internunciũ loqueris Tu me ſatis ſuperqꝫ intelligis Vale ex mediolano Septimo calendas Iunias.

Fran. philel. Cicho calabro Salutem
Oſtendit ſe velle rebus ſuis proſpicere

NOn me lateat q̄ꝫ abs te non ſolum diligor ſed etiam amor. nec cupio plus te velle mea cauſa q̄ꝫ poſſis Id te rogo dũtaxat. vt quod habes ſcriptum id p̄ncipi hodie modo liceat legas Nam diutius tempus terere iam nulli vſui eſſe mihi poteſt Itaqꝫ inſtitui omnino proſpicere rebus meis Tibi vero amico benefico et optimo me tantũ debere profiteor quantũ alteri nemini Vale mediolani ex edibus noſtris vi. idus Iunias

Fran. phil. nicomedo trauchedino ſa. Excuſat occupatiões amici

ACcuſarem ego te profecto vel obliuionis vel negliḡetie niſi tuus michi amor iam p̄dē ꝓſpectus eſſet quo fit vt iſtiuſmodi omnē de re mea cunctationē de occupationib⁹ tuis. quibus quo niã iam magna ex parte ſolutus es. te rogo. vt quod michi coram libenterqꝫ recepiſti. non irritum efficias. Vale ex mediolano Idibus Auguſtis.

¶ Fran. phi. Chriſtoforo marliano. S.

Pelliti a principe veſtem ſuam petit

Videor licere michi tanq̃ pro meo quodã peculiari iure vti et opera ⁊ officio tuo tuo in omni re mea Quid enim diſcipuli non debeant preceptoribus preſertim ijs. quibus ſe norint eſſe chariſſimos. Qd̃ te non lateat illuſtris princeps. Alexander. Sphortia vir plane virtute maximus mihi dono dedit anno ſuperiore pannũ roſei coloris qui pro dignitate ſua muſarq; induerer Is in hanc diem ſeruatus eſt integer. Nam tamẽ non fuit vſui Nunc formatur in veſtimentũ qd̃ ſi min⁹ pellitum fuerit videatur ineptius. Pellici autem ab alio q̃ ab Alexandro. cui⁹ eſt donum haud quaq̃ decere arbiter Itaq; iſti dicito meis verbis vt ſue munificẽtie et non ingrate muſarum volumtati ꝑ tpe anni cõſulat. Vale et rñde Ex mediolano. xvi. cal'. Septẽ. ¶ Frã. phi. Bernardo iuſtiniano Salutem

Debitorem quendã dicit eſſe ſoluendo

Nec tu mihi tuos cogitatus ꝑmis litteris dederaſti nec ego ex me illos potui. cõiectare Sed qm̃ a familiari quodam nunc reſciui viriũ illum. quo de antea ad me ſcripſeras. debere tibi pecuniam. te iterũ aliter admonendum potui eum eſſe ſoluendo non difficile. q̃tum tibi debuerit. Habet em̃ bona que ſtabilia vocantur ꝑ multa. Viuitq; et victitat lautiſſime. Itaq; tibi nõ eẽ longius differendũ cenſeo. Veni Mediolanũ Nã omnia tibi ſecunda futura ſunt cum ob alias pleraſq; rationes tum qͣ humaniſſimus hic princeps et videbit te libentiſſime et tuũ ius omne ſuum ius eſſe extimabat Preterea qd̃ tibi ante ſignificaui ſi minus abũdas equis. hi mihi ſex ſunt quos tibi quoq; volo eẽ cõmunis. vale ex mediolano. x. cal'. Septẽbres. ¶ Fran. phi. Bartholomeo bucino ſalutẽ.

Nec ſimulandum nec diſſimulãdum eẽ. Laudatq; amicũ q ſe totum patefecit ſibi ⁊ pollicetur officium ſuum

Quod te mihi totũ oſtendis ⁊ amice facis ⁊ recte. Nã cum in viro bono. tũ vel in primis in amicicia nec ſimulatum q̃cq̃ diſſimulatũ eſſe oportet. Itaq; videmus ab ariſtotile dari Socrati vitio. q cũ eſſet ſue tẽpeſtati omnium apud Athenienſes doctiſſimus. ⁊ inter alienos diceret et apud ſuos ſe vnum id ſcire q nihil ſciret. aliud vero nihil decet ꝑfecto quemq; vt mea fert opinio ſe talem omnibus illuſtrare q̃lis ſit vt fucata et confecta mulier grata eſſe non poteſt ita etiam illa que coloris bonitatem venuſtatemq; occultat in vitio eſſe conſueuit. Qd̃ ſi omni in re conſiderandum eſt eo magis in amicicia q̃ eſſe certe nullo pacto queat. niſi omni ex parte pateat perſpicuaq; ſit. Egiſti igitur pro officio q te priorimis litteris non ſolum in cute vt aiunt. ſed intus quoq; ita michi te cognitum reddideris vt ea que oculis cernuntur delectat me ſane ingenium

C. E. S. RENAISSANCE

tuum delectat oratio. placet eruditio, iucunda eſt humanitas Quod me vero ita laudas ita obſeruas id exuberātem quandā dilectionis erga me tue amoriſq; abundantiam pre ſe fert. Et quāq; non iſta michi eſt de me opinio q̄ tibi eſſe aīaduerto. non tamē moleſte tuli ita abs te ſentiri. quo ſis in me amando alacrior Ego aūt illud tibi vnū polliceor omnia me tua cauſa preſtiturum que tibi vel commodo vel iucūditati fore cognoro. Nō enī potes mihi non eſſe chariſſimus qui et doctus ſis et diſertus et bonus meiq; amantiſſimus Vale ex mediolano calen. Septembribus

¶ Franciſcus philel. Petro nucetano Salutem
Amico grās agit pro būficijs et libros illi mittit

ME indies magis atq; magis tibi obſtringis. plurimis tuis ac maximis beneficijs Itaq; tm̄ me tibi debere fateor quātum a me diſſolui poſſe deſperem Quod aūt voluntate poſſum id certe ita libenter facio vt vix aliud quicq̄ magis Quare cū aīauerterim te me lr̄aria ⁊ ingenij monumenta delectare conſueſſe. Duos codices ad te dedi quos a filio xenophonte coram accipies. ab eodemq; intelliges quibus in rebus tuo officio vti velim Tu ſi quid eſt qđ mea opera tibi preſtari poſſit id tutū in tua eſſe poteſtate qđ poſitū exiſtimato Vale ex Medio. nonis Nouem.

¶ Franciſcus phi. Nicholao quinto ſummo pontifici Sa.
Petit quippiam a ſummo pontifice.

QVid in cauſa fuerit q̄ ſerius ad tuā beatitudinē vel ſcripſerim vel miſerim e filio xenophōte corā accipies. Simulq; cognoſces q̄ mea mēs ſit et quid cōſilij ceperim tue aūt māſuetudis benignitatiſq; fuerit id p̄ſtare qđ ame fidentius fortaſſe q̄ par ſit. verū beniuolētiſſimo in te animo pientiſſimoq; petitur Vale pr̄ beatiſſime ex Medio. nonis Septem.

¶ Franciſcus philel. Dominico Cardinali firmano Sa.
Operam petit Cardinalis

SO maiore cū fiducia tuis beneficijs vſurus aduenio quo te iā pluris annos beneficentiſſimo vſus ſum. Nam vel a. Bononienſe vſq; legatione tantā mihi beniuolentiā tuam oſtēdiſti. vt mihi eſſe arbitrer nec magnū nec paruū qđ mea cā facturus non ſis preſerti cū eū me eſſe cognoris apu d quē nullū ſit intermoriturū officium. Nam q̄ referre parē gratiam nequeam eam habere q̄ maximã; et velim et ſoleam. Quid antem abs te cupiam. Xenophon filius tibi corā tempeſtiue declarabit. Vale pater beatiſſime Ex Mediolano Nonis Nouēbribus.

¶ Frā. phi. Matheo Ioanni ſa. Gratū ſe oſtendit

CVm mitterem Xenophōta filiū ad Alphonſum regem tu mihi vnus vel in primis occurrebas cuius mihi recordatio iucundiſſima ſit. Nō enim obliuiſci poſſum q̄ mihi ſingularem beniuolentiam preſtitiſti cum

anno ſuperiore in regijs caſtris tua et opera et officio uſus ſum. Itaqꝫ niſi te vehementer diligam ingratus ſim qui haberi gratiſſimū non cupio ſolum ſed etiam ſtudeo. Vellem admodū libenter aliqua michi offertur occaſio tibi gratie referende ꝙ tamen ita habeo vt maior habꝫ cuiꝙ haud queat. Quare tuum ſit et me ex meis rebus omnibus non ſecus iam uti ꝙ tuis Qđ ſi feceris magna me afficies voluptate Nam ego tua opera et ſtudio nunꝙ deſiſtam. Cetera autē xenophonte coram accipies. Vale ex Mediolano nonis Nouembribus.

Franciſcus philel. Petro nucetano apoſtolico ſecretario Sa.
litteras mittit filio reddendas

ETſi xenophōti filio hinc abeunti mandaui omnia diligenter que ab eo fieri vellem. tū non eſſe ab te duxi vt iterū litteris admoneretur. Itaqꝫ rogo te cū pͥmum iſtuc puenerit cūqꝫ videris nam continuo te adibit lr̄as hiſce introcluſas eidē reddendas cures Reliqua tu corā ex eo accipies Vale et me ſanctiſſimo dn̄o nr̄o cōmenda Ex medio. iiij. idus No.

Franciſcus philel. Blaſio axeretenſi Salutem.
Hortatur amicum ad viciſſitudinē litterarum.

NEſcio ſane vter noſtrum magis ſit accuſandꝰ ego ne qui iamdiu nihil ad te lr̄arum dederim an tu. qui ne noſtri quidē memineris. Nā ego de te tuaqꝫ ſalute queſiui ſepenumero vel ex tuis id quod tibi nunciatum eſſe non ſum neſcius At nemo iſtinc venit ex quo potuerim intelligere an de me vnꝙ voſtra amicicia mētionēqꝫ feceris Verum idcirco ignoſco tibi. ꝙ acceperim te totū eſſe amori deditū quē nec cecum eſſe patiaris te plurimū rogo Sed vt cūqꝫ res habet poſteaꝙ ipſe glaciem fregi vt aiūt tui officij fuerit vt itineri te accingas et mutuis litteris vna ſimus vnaqꝫ aſſidue colloquamur. mutuiſqꝫ inter nos officijs contendamus. quibus eque vincere atqꝫ vinci perpulchrum eſt. Vale ex Mediola. cal. Ianu.

Franciſcus philel. Nicolao Diđoni medico Salu.
Codicem Alberti magni petit

ACcepi a nonnullis tibi eſſe illud Alberti magni opus quod de angelis inſcribitur Id qm̄ laudari video a viris doctis et ſapiētibus videre plurimum cupio Nec ſum veritus abs te petere. vt huic meo deſiderio ipſe opitulcris vel venū vel commodato. Nam ſi qua in re tibi opus eſſet officio meo. nihil a me fruſtra peteres Propediē xenophon filius Neapoli ad nos rediens iſtac iter facturus eſt. cui velim vel iſtiuſmodi codicem ad me des vel litteras. quibus intelligam quid facto ſit opus Vale ex mediolano iiij. idus Februarias.

Fran. philel. Henrico Danolo Salutem.
Filij cauſas expediri rogat.

Sit ne adhuc Neapoli xenophon filius au minus ſit nichil habeo certi. Illud mihi plane certius omni re certiſſima me tibi eſſe chariſſimum. et ne id quidem iniuria. Non enim es neſcius quantus eſt erga te amor meus. q̄ fides. q̄ obſeruantia Itaq; mea omnia tibi maxime care eſſe certe ſcio Quod ſi forte acciderit: ut nondum xenophon. Neapoli abierit ob occupationes uel tuas uel egias. cura obſecro ne diutius tempus terat Vereor eñi fore: ut iter minus ſit tutum habiturus ſi longiorē morā apud vos gerit Nam comes. Iacobus peruſinus propediem in flaminiā picenumq; profecturus cū exercitu perhibetur Preterea q̄d ego facturus ſim neſcio. niſi rem omnem meā. ex filio ante cognoro Reliqua tu pro tua prudentia non difficile conſiderare queas Vale ex. Mediolano vij calendas. Martias.

¶ Fran. phi. Nicodemo tranchedino. Salutem
Reddi petit filio litteras vt ꝓperet domum

Poſteaq̄ȝ hinc abieras. mihi reddite ſunt lr̄e a xenophonte filio Itaq; mihi uſui eſt: vt is mentem meam q̄ȝ primum ſentiat. Nam ſi ſecus fiat diuturniorem moram cum Neapolitanis videtur eē facturus Itaq; mihi facies rē ꝑgratam ſi opam dederis vt meas haſce lr̄as ꝓpediē filius accipiat Vtere diligentia de fide. ea qua ſoles in philelphū tuum. Preterea que florentie abs te curatum iri volebam: vt perficias rogo. Vale ex Mediolano p̄die cal' Martias ¶ Fran. phi. Alberto Sancario. Sa.
Recte ſe conſuluiſſe dicit

REſpondi primis diebus ad ea q̄ mihi ſcripſeras. ex publico decreto Tibiq; diligenter aperui ſententiam animi mei. in quam ipſam ſi a vobis quoq; itum fuerit. habebunt omnia recte Reliquum eſt ni differas ſed q̄ȝ primum ad me litteras des. quibus fiam certior de re q̄ȝ noſtra intereſſe iudicabis Vale ex mediolano pridie cal'. Iulias

¶ Fran. phi. Guilielmo viſino Francie cancellario S.
Deſiderat lr̄as amici et libros illi mittit

EXiſtimo fieri aut nunciorum negligentia. aut etiam fortaſſis occupationibus tuis: vt littere tue vel mihi non reddantur vel nō eant ad me Nā me tibi humaniſſimo viro eſſe chariſſimū nō ſum neſcius. Ceterum veliī ſcias in eadē me eē ſententia. q̄ȝ antea ad te ſcripſi. Qua de re eruditiſſimus philoſophus ac medicus Thomas coronenſis tecum verba faciet Ad hec dedi ad te. Ioanni coſſe viro nobiliſſimo opus meum ſatyricum ſatis emendatum et ſi minus eleganti codice perſcriptum. Malui tamē aliq̄d ad te dare q̄ȝ pati vt vir vtriq; noſtrum amiciſſimus monimentis meis oīno vacuus ad te iret. Nā aliud q̄cq̄ȝ per id tp̄is nihil mihi erat in manu Vale ex mediolano. xiiij. cal'. Auguſtas

¶ Franciſcus phylel. Joanni Marie filio Salutem

Hortatur filium ad bonas artes.

Placuit carmen tuũ placuit epiſtola Queq; ſcripſiſti omnia me pluri mum delectarunt Quibus aũt honoribus te florentiſſimus Sabbau die dux ornarit. illis te facito dignum preſtes Quod ita maxime cõſequeris. ſi cum doctrinam. tum non minus diligentiam ingenij bonitati adhi bueris Videre enĩ in te filium videor quod ſtoicis placet. non ingenij mi nus ꝙ corporis vim quandam a patre emanaſſe Sed ea vis omnis audiẽ do legendo meditando docendo diſſerendo ſcribendo excitatur, alitęr au geſcit. Itaq; nolim induſtria diligẽtiaq; minus ꝙ ceteris vel nature vel diſcipline pſtantijs fretus eſſe perpꝰ ſtulusq; iudiceris Reliqua oĩa que pe tijſti per lr̃as curabo tẽpeſtiue Nam ad ea cõtinuo pſtanda tps mihi non fuit Sed cũ xenophõ filius iſtic ierit id qđ ꝓpediẽ eſt futurũ morẽ gerã tuo deſiderio Amicus tuus vel nr̃ potius vir nobilis Ariſminꝰ nr̃o officio vti voluit Vale cum vxore et filijs ex Mediolano iij. nonas Auguſtas

¶ Franciſcus phylel. Lucino Genuenſi iuriſcõſulto Sa.

Gratificatur amico duplici ratione.

Accepi ex lr̃is Joannis Marij filij cum eximiam tuã erga ſe multis in rebus benignitatẽ. tum ſingularẽ beniuolẽtiã erga me Quo quidẽ duplici liberalitatis gñe facile admoneo. vt te nõ diligã ſolum ſed etiã morẽ in modũ amem. Quod eo facio libentiꝰ. qđ eũ te virũ eſſe intelligo. qui et ciuili ſapientia et bonarũ artiũ diſciplina ingentiq; virtute talis tã tuſq; ſis vt a probatiſſimis omnibꝰ optimiſq; viris iure obſeruãdus colen duſq; iudiceris Itaq; nõ mõ ꝙ in me amando o in filioq; michi dilectiſſimo amplificãdo officioſiſſimũ te preſtiteris atq; preſtes. es michi inter amiciſſimos habendus ſed etiã ꝙ is ſis quẽ vel nullo ꝓuocati bñficio boni et docti omnes debeãt omi beniuolentia ꝓſequi. Habeę igitur me in tuis meq; vtere pro voluntate tua Nũꝙ te tua de me fallet opinio Vale ex Medio lano. xiiij. calendas ſeptembres.

Fran. phi. Auguſtino daco. Sa.

Cauſam cur non ſcripſerat narrat

Deinde laudat amicum de eloquentia

Nolim tibi pſuadeas vlla mea vel negligentia vel tua obliuione factũ eſſe. quo minus ad tuas vnas ſuperiores litteras tibi reſponderim. Nam vt ſcire longo iã vſu potuiſti nec me omni etiam in re diligentior eſt quiſquam nec tui obliuiſci queã ab quo me noim nõ ſecus amari obſerua riq; ꝙ ſi eſſes filius. Sed mee michi occupationes huic dulcipioq; officio fuerunt impedimento. quibus ipſis et ſi nunc quidem ſim vacuus malui tamen vel paucis ad te reſpõdere ꝙ preſtare diuturniore ſilentio. vt iure viderer poſſem obiurgandus abs te. Delectarunt me vehementer tue lr̃e

quippe que teſtes locupletiſſime ſint non minus preſtātiſſimi tui ingenij q̄ ſumme erga me pietatis Placet eruditio. placet orationis nitor. in primiſq; tua modeſtia et humanitas Perge igitur. vt cepiſti quo tum beniuolentia tua te indies magis magiſq; diligamus tum priſtine noſtre doctrine fructus ex tuis diſertiſſimis monimētis quotidie capiamus vberiores Vale ex mediolano tercio idus Septembres.

Franciſcus philel. Bartholomeo Scale ſalutem

Negotium nondum perfectum dicit.

SCripſi ad te breuius q̄ et ipſe velles et michi opus eſſet Sed non multo poſt cum quid plus ocij nactus fuero tibi ſimul michiq; faciam ſatis De re vermia quod ſcire cupis totum eſt in expectatione Amicus enī ille qui eo loci ipſe perfectus eſt Nondum redijt Mediolanū Aiunt tamē ad triduum rediturū Cum p̄mum reuerterit omnia cognoſces Tu interim Vale. et nos ama Ex mediolano iiij. nonas Octobres.

Franciſcus philel. Stephano Cornelio regio Secretario Salutem plurimam.

Libros abſolutos eſſe docet Epiſtolas alijs tradendas mittit ac de futuri temporis qualitate inquirit.

LIbelli tui iampdem ſunt abſoluti. Itaq; eos habebis cū voles Verū ne diutius differas moneo Librarios enī leuiuſculus eſt planeq; moroſus Cum hiſce ternas lr̄as ad te dedi. quarū vne Joanni core reddende ſunt id q̄primum. altere Guilielmo francie cancellario. tertie Thome greco Karoli regis medico Nihil es michi facturus hoc tempore gratius. q̄ ſi operam dederis vt he omnes lr̄e et q̄ celerrime et q̄ diligētiſſime reddantur Si quid aūt epiſtolarū ad me dederis. cui commēdes. etiam atq; etiam cogita. Nolo enī res meas diuulgari hoc preſertim tempore. quod non omnino caret ſuſpitione. Scire ex te cupio quid facturū putes bellū an ne pacem Hoc vero idcirco a me queritur q̄m inſtitui in Hiſpaniā breui proficiſci Ad apoſtoli Jacobi tēplum voti ſoluendi gratia Vale ex Mediolano Idibus Nouembribus

Franciſcus philel. Guilielmo Vrſino Francie Cancellario Sa.

Opera ſua mittit amico a quo et litteras petit et fauorem in tabellarium

QVm Man uel Jacob noſtri huius p̄ncipis nomine ad Chriſtianiſſimum regem Karolū iter faceret. idoneus nuncius viſus eſt. cui meos libros de exilio darem ad te dono Nam iampdem ſum ex multis certior factus te affici horū deſiderio Eſt etiā cum his et longior quedam ad regem aduerſus infideles epiſtola et carmē quoddā itē longiuſculū Si tibi morem geſſero res erit mihi pergrata Abs te aūt duo ſunt que petā vnū

vt tuas lr̃as ad me des. et quidē talis qualis maxime expecto. Alterū vt Manuelē hunc q̃tum ſcʒ ad expeditionē eius attinet ita tractes. vt intelligat meas ſibi cōmendationes fuiſſe non inutiles Vale ex Mediolano x. calendas Decēbres.

¶ Franciſcus phi. Thome coroneo philoſopho at medico ſalutem. Lr̃as ſibi non eſſe redditas dicit.

Nicolaus Trachamotes et Alexander canamus a vobis in Italiam redeūtes. cū Mediolanū mei viſendi gratia diuertiſſent. me tuo nomine monuerūt dediſſe te lr̃as ad me fierē omni de re certior quā mea intereſſe putauiſſe. Itaqʒ velim nō eſſes neſcius nullas michi redditas eſſe tuas lr̃as Quare ſi me amas qd̄ certe facis. facito vt intelligam quid tibi agendum ſit. Vale ex Mediolano p̄die calendas Januarias.

¶ Franciſcus philel. Joanni Andree abbati Salutem. plu. Oſtendit amico quid ſperandum quidue vitandum ſit.

Etſi nudiuſquart⁹ litteras dedi ad te alteras de re tua tamē quia interdum nuncij ſunt vel neglige̅tes vl' tardiores repetam paucis que antea ſcripſerā. Negocium tuū apud principē et forti et firma et tota acie ſum aggreſſus Putoqʒ nobis ex ſentencia noſtra ſucceſſurū Tu aūt iſtic cura. vt itē lr̄e apoſtolice eant ad p̄ncipem. et alie quoqʒ a Jacobo noſtro. Calcaterra diſertiſſimo iuricōſulto et cū iſſe etiā tue ſubmiſſe perhumane ac ſimplices Quas oēs michi p̄mo reddi volo. ne ſi forte alij fuerit reddite. aut nichil referatur ad p̄ncipem. aut ſecus q̄ʒ opus ſit Dabiſqʒ operā ne collati beneficij lr̄e emanent in cōpetitorem tuum. Nec ſi feceris omni ſollicitudine moleſtiaqʒ ſoluam ſtem paucis teneo. Vigila Si Nycodem⁹ Thrāchedinus iſtuc aduenerit eū velim noīe meo horteris ne lr̄arum mearum quas cupio a ſummo pōtifice cōfirmari. obliuiſcat' Tuqʒ ſi opus fuerit rem adiuua Vale ex Mediolano p̄die Jdus februarias

¶ Franciſcus philel. Petro perleoni Salutem. Promittit officium ſuum

Faciam quod petit et libēter et ſcio Neqʒ erunt vlle tante mee occupationes. quibus ab officio impediar Tu interea tempora boni ſis animo Et Vale ex Mediolano xi calendas martias

¶ Franciſcus philel. Gregorio typhernio Salutem Promittit pluribus verbis officium ſuum

Commendatio tua de Laurencio veneto erit michi loco alieni conſilia ti eris. Nam non aliter ei omnib⁹ in rebus ſum abſuturus. ac ſi eſſet filius Qd̄ nō ſolū tua cauſa ſū factur⁹ id qd̄ maximū habet apud me pondus verū etiā mea. q̄ maxie ſim abs te dono affect⁹. et cū michi cōmēdaris

qui dignus vt et intelligatur et ametur ab omnib⁹ Itaq; noli de me quieꝗ dubitare Nam nichil eſt qđ malim, ꝗ tibi morē gerere Vale ex Mediolano xi. calendas Martias ¶ Fran. phi. Aenico daualo Salu.

Gratum ſe eſſe dicit de beneficijs acceptis

DE voluntate. Alphonſi regis erga me et de ſtudio diligentiaq; tua. Quod coniecturis et argumentis firmiſſimis ſolum ſed multis etiam bñficijs iampđē certior factus ſum Itaq; tibi velim indubitato ꝑſuadeas nichil eſſe apud me antiqui⁹ gratitudine. Et ne longior ſim tecum ꝗ par eſt. ꝓpediem vt ſpero. obſequar voluntati conſilioq; tuo Vale ex Mediolano xi. calen. Martias. ¶ Fran. philel. Anthonio becharie Sa.

Arguit quendam furti et librum reperit

MOnui te antea ſemel et iterum per lr̄as. vt plutarchi parallela que hinc abiens tecū apportaſti me inſcio. michi curares reddēda deniq; Tu vero neq; das codicem neq; lr̄as Itaq; non poſſim fidem boni viri non deſiderare in te Non enim facis vt te decet Quid enim aliud fuit aſportare clam huiuſmodi meum codicem me non modo inuito. ſed totius tue abitionis inſcio. ꝗ vel rapere vel furari Quo enī debeo alio verbo vti cum nichil oīno rn̄des Itaq; te etiam atq; etiā hortor ac moneo. ne michi moueas bilem Sed cura. vt meus codex ꝗ primū ad me redeat Vale ex Mediolano x. calendas Martias. ¶ Franciſcus philelphus Auguſtino Dacho Salutem

Silentium accuſat

MIror quid in cauſa ſit. quod ſepe meis lr̄is ꝓuocat⁹ nichil omnino in hāc diem rn̄deris cum non tacēdi a nobis ſed diſcendi artē didiceris. Nec enī puto te vſq; adeo occupationibus obrutū. vt nihil oīno tibi detur ocij ad officium Quid abs te velim et quid te deceat. non es neſcius Vale ex Mediolano xi. calen. Martias. ¶ Fran. phi. Lodowico Cacelle Salutem

Dotem filio petit ſibi impetrari a principe

NIſi tua beniuolētia iampđem certiſſimis documentis ꝑſpecta eſſet. Vterer fortaſſis accuratiore orōne Sed nil eſt quicꝗ magis alienū ab amicicie diffidencia Quare cū liquido intelligā te eſſe percupidū meorum cōmodorū in re preſertim et honeſta et pia. vtar et breui tecum et aperta dictione Permulta michi incōmoda ſunt. ſed vnū ſane omniū moleſtimū quod grādiuſcula michi eſt filia et ea quidē moribus modeſtiſſimis Vnde hanc tradā viro michi ſatis non eſt. Deſunt enī ad dotem aurei ducenti. Rogo te id meo noīe nuncies duci Borſio. eumq; tua illa ſuaui eloquētia ꝗ duriſſimos etiā lapides ſoles demolire. non ores modo ſed exores ne patiatur me diutius huiuſ̄ angi incōmodo Haud enī dubito quin facilitate ac munificētia eſt nobiliſſim⁹ iſte ꝑnceps. non inuitus opē tempeſtiue ferret huic tante mee neceſſitati Tibi vero habeas gratias immortales Tecum

logior eſſe nolo Nec em̄ oportet cū et natura ſis humaniſſim⁹ et mei amā‑
tiſſimus Vale ex Mediolano xi. nonas Martias.

¶ Franciſcus philel. Nicodemo tranchedino Salutem
Pecunia vt ſibi ſoluatur petit.

Dedi litteras heri ad te Pigello negociatori coſmiano quibus ſierias
certior nihil eſſe ſperandum de exigenda pecunia q̄ petro paulo illi
tuo credidiſſes Pugnat em̄ cū inopia. Itaq; quo magis eget nummis eo
verborū plus habet At verba emere vendendi verba non expedit Proin‑
de ſi me amas qd̄ certe facis. cura vt ea pecunia michi ſoluatur hic a Pu‑
gello vel cū meo aliquo detrimento. vt menſariorū mos eſt. hoc eſt vt iſtic
noīe meo plus des. et hic michi reddatur minus. Nam malo huiōi ſubire
detrimenti genus q̄ incōmodari diutius ſiem matura Et valde illuſtrē
meū mecenatē. Karolū gonzagā magno et excelſo aīo virum ſaluere plu
rimum opto Ex mediolano viij. calendas Martias.

¶ Franciſcus philel. Lodowico Caſelle Salutem.
Promittit obſequium ſuum.

Intelligo indies magis id quod certe dubitaui nūq̄ me tibi eſſe chari‑
ſſimū. Itaq; tibi velim oīno perſuadeas eū eſſe philelphū. quo de tibi
poſſis oīa polliceri que vel grati animi ſunt. vel ingenui Vale ex Medio‑
lano v. idus Martias.

¶ Franciſcus philel. Petro Thomaſio phō ac medico Salutem.
Litteras annexas reddi petit amico

Rem michi facturus es admodū gratā. in p̄miſq; periucundā ſi lr̄as
hiſce tuis annexas reddi curaueris Karolo gonzage ꝟ q̄ celerrime et
q̄ diligētiſſime Quod vt facias te maiorē in modū rogo Preterea ſi quid
noui habes de Thurcis rebuſq; orientalibus fac vt ſciam Vale ex Medio
lano p̄die idus Martias.

¶ Franciſcus philel. Franciſco Aleardo Salutem.
Arguit amicum libros non reddidiſſe.

Galbe Othoniſq; Ceſarū vitas. quas grecis latinas reddiderā. p̄mi‑
ſiſti hinc abiens fore vt ante menſem redderes michi curares At iā
preterit totus ānus. cū neq; ille nec lr̄e tue vlle vſq̄ appareāt Bonū aūt vi
rum te eūdemq; nobis amicum eſſe arbitror Itaq; non poſſum equidem
non mirari. quid in cauſa fuerit. vt tamdiu et michi et amicis pluribus q̄
iſtiuſmodi vitas videre deſiderant et incōmodaris et incōmodes Niſi for
taſſis alij quidam ſunt apud vos veronenſes. q̄ apud reliquam italiam
menſes Nā ſicut menſis apud egiptios anni loco dicebatur. ita apud vos
annus ꝓ menſe habeatur. reddiſſe iam tandem ad me debuerant libelli
mei Vale ex Mediolano nonis Aprilibus.

¶ Franciſcus philel. Petro thomaſio phō ac medico Sa.
Gratulatur amico qui ex egritudine conualuit

Hortatur q̃ ut curet valitudinem ſuam

NOn mihi prius quicq̃ de tua amiſſa valitudine eſt annũciatũ q̃ de recuperata ex tuis lr̃is itellexi. Nullus cer te occupationib⁹ meis eſſet intermiſſa dulciſſima noſtra conſuetudo ſcribendi. ſi quid mihi antea fuiſſet de tua egrotatiõe auditum. qua eſſe te liberatũ. ita letor. ita gaudeo. ut alia de re nulla magis poſſim. Reliquũ eſt ut omnẽ curam diligentiã q; adhibeas quo te poſſimus q̃ diutiſſime frui Quod ut facias. te per amiciciam noſtram rogo etiã atq; etiã. Ego carminũ opus hoc tempore ſum editurus. id qd̃ regis frãcorũ Karoli dicaui nomini. Tu velim lr̃as meas tuis hiſce incluſas q̃ celerrime et q̃ accuratiſſime reddi cures. mecenati meo Karolo gonzage Vale ex mediolano idibus Aprilibus.

Franciſcus philel. Fazino forobrõnunciano Salu.

Cauſam ſilencij reddit et aliqua ſibi exſcribi petit.

siū pfecto. S. Religiosi amico cōmendantur.

Et si ignarus certe non eram vel sine vlla cōmendatione mea nichil
esse apud te antiquius iusticie pietatisq; officio tū vt intelligeres. q̄
mihi rem gratā facturus esses. si negociū religiosorum fratrum scē Ma
rie seruorum q̄ appellantur. ita curaueris: vt isti omnes intelligāt meā
de se cōmendationē fuisse singularem. libuit abs te petere ac etiā si opus
fuerit contendere ne patiaris esse frustra itum ad me. Nemo est enim q̄
amiciciam nostram ignoret. Quā vt huiusmodi quoq; munere clariorē
omnibus facias rogo Nosti pudorē meum. Nunq̄ ausim tātope a te ali
quid petere quod ab honestate abhorrere videatur. Vale cū tuis oībus.
Ex Mediolano. vij. cal. Septembres.

¶ Fran. phi. Joanni aleuisio Guido bono. S.

Operam a se petitam reijcit in alterū

F Vere non nulli veneti q̄ a me per lr̄as meos carminū libros exſcribē
dos petierunt. Quid? ego ſigillatim geſſiſſem q̄ primū morem ſi tot
mihi eius operis fuiſſent exempla. Sed cū nullum mihi omnino relictū
ſit p̄ter id vnum quod initio ſcripſeram exiſtimaui hoc pacto ſatis ab me
tri omnib⁹ factū ſi tibi huiuſmodi prouinciam p̄ noſtra beniuolentiā de
legarem. Itaq; dedi ad te eū ipſum carminū codicē manus mee vt vides
feſtina exaratū arundine. Cuius tu ita pro tua prudentia feceris omni
bus copiam vt intra ſextum menſem codex ad dominum redeat. Vale ⁊
patrem tuum grauiſſimū virum verbis meis ſaluere plurimū iube Va
le ex. Mediolano. idibus Septēbribus ¶ Fran. phi. Hieronimo caſtel
lo phō ac medico. S. Operam amici petit

Q Vi tibi reddidit meas litteras. qua in re tua ſit opus opa coram ver
bis meis exponet. Scio quanti me facis. ⁊ q̄ tibi charus ſim. Itaq;
non eē opus intelligo. vt te aut rogem hominem amiciſſimū aut horter
virum diligentiſſimū ⁊ optimum. Qd̄ ſi dederis operam ne fruſtra in te
ſpē precipuam collocari. immortali me afficies beneficio. Vale ex medio
lano iiij. Idus Martias. ¶ Fran. phi. Lodouuico caſelle. S.
Beneficiū beneficio accumulari orat

S Ingularem tuam erga me beniuolentiā multis tuis p̄magniſq; offi
cijs ſum expertus Mens autem in te animus qualis ſit. qualiſq; ſēp
fuerit. ea tibi eſſe debet certiſſima coniectura. q̄d es de me ſepe meritus
q̄ optime Quo fit vt omnibus meis in rebus non ſecus te vtendū exiſti
mem q̄ ⁊ amiciſſimo ⁊ optimo viro Itaq; tuum eſt vt beneficium benefi
cio cumules tibiq; perſuadeas eum michi animū eſſe vt ſi minus referre
habere tamē gratiā non minus poſſim q̄ velim. nec minorem agā q̄ de
beam Vale ex mediolano. iiij. idus. martias

¶ Fran. phi. Catoni Sacco Iure coſulto ⁊ oratori.
Salutem plurimā dicit
Queſtiones quedam a Philelfo petuntur.

V Ideo te admodum eſſe ocioſum: vtpote qui a legum ac iuris ciuilis
ſtudio tantiſper venia exorata donec conſtitute vacationes preterie
te obiectandi gratia: vt es homo voluptarius. hijs queſtionibus obtaleri
q̄ ⁊ iucunde ſunt. ⁊ homine vrbano minime indigne. At ego nequaq̄ rū
debo tibi: vt Ariſtoteles aut plato. ſed vt philelphus Si q̄d vero acutius
volueris. tuam iſtam Academiam coſules. Sequar autem ordinē p̄po
ſitarum a te queſtionū Et primum tu quidem petis. q̄d cauſe eſſe putem q
hebrei omnes natura fetent. Vtrum hebrei omnes (vt tu ais) feteant:
an id min⁹ ... apertū hēo. Si q̄d in cauſa eē queat: vt nō nulli malum
odorem. ⁊ pleriq; bonum de ſe p̄beant. pt vtrūq; tu alijs natura in alijs

more accidere: Nam q̄ cibo ſunt aut potu inferiores. ij male cōcoquāt ne
ceſſe eſt. Ex concoctione autē mala: aut morbi manant. alij atqȝ alij aut
per ſudorem ea reſoluuntur. At illius modi ſudor: quem feculenta emiſerit
concoctio. neceſſario odorem habet cōcoctioni ſimillimū. Ex illiuſmodi
autem humore ſiue is intrinſecus per cutem emiſerit. ſeu in ſuperficie ſit
mēbrorum: triſtis ſapē odor exhalatur. Nec in hebreis id oſtenſionis ma-
gis accidit. q̄ in omnibus qui viuunt incōtinenter. ſiue cibi ac potus in-
continentia. ſiue etiam aliter. ſed fortaſſe eo magis in hebreorum gn̄e. id
vſu venit qḋ pleriqȝ omnes menſarij ſunt feneratoriā exercentes. et ita
nullis exercitati laboribus: Quo fit: vt nimio ocio ꝗreqȝ marceſcētes te
trum de ſe odorem emittant ſit neceſſe. Cōtra autem q̄ ſobrie tēperatāqȝ
vitam agunt. ſeqȝ perſarum more aſſiduē exercēt. aut eq̄tando. aut am
bulādo aut aliter ingenue. Hi certe nō mō nō male olēt ſed bene potius.
Et ſunt ſane q̄ maxima delectant odore ſuo. vt de. Alexandro macedonū
rege legitur. cuius etiam veſtimenta que eius corpus contigiſſent gratū
odorem exhalarant. Id vero ob aliam nullā fiebat rationem q̄ ob maxi-
mū calorem corporis illius tēperamenti. Quare non eſt mirandū ſi qn̄.
Alexander in iraȝ adeo exardeſceret. at eos ēt quos habeat chariſſimos
interimeret. Qḋ tum maxime accidebat. cū ad nature feruorē vinieſtus
in potu accederet. Nam ex nō adulterato nature calore tum alia bona et
vtilia permulta. tū ſuauiſſimus odor gignitur. Que quidem res. vel ea
ratione ꝓbari poteſt q̄ ꝫ caſie. ꝫ cinnama. et thus. et cetera huiuſmodi
odorifera pigmentorū gn̄a nō niſi in arabia et calidiſſimis regionibus oṙi
untur. Qḋ ſi ij qui ſunt calido corporis tēperamēto natura bene olēt ij ne
ceſſario olent male. q̄ frigido ſunt ꝫ humido. vt de petruiticis licet ītueri.
Quo in genere ppl'i ſeptemtrionales fere ſunt omnes q̄ ad frigiditatē et
humorem temperamenti vbi vite quoqȝ ac victus continētiā adiūxerit
omni ſunt nauſea teteriores. Qḋ aūt petis ſecundo loco. q̄ ratione fieri cē-
ſeam: vt autūnali tpe appetentiores veſcendi ſimus: q̄ alijs anni tpibus
ad id quoqȝ qḋ ſentiā nō ambigā tibi oñdere. Sunt qui arbitrentur id ac
cidere copia atqȝ varietate illorum fructuū q̄ per id tpis ex arboribꝰ ma-
nant: vt ſunt. mala. pyra. caſtanee. moluſce. ficus vue. ſorbula mu ſpu-
la ceteraqȝ huiuſmodi ꝓpe innumerabilia pomorū nucū atqȝ bacarū ge
nera. Namqȝ illiuſmodi eſculentorū illecebris guſtus delectatus. vt ſto-
machum veluti. ad ea admittenda. inuitat. ita ad coquendum reddit.
ardentiorem: quibus etiam humectatus venter. qḋ ſuſceperit. et facilius
deijcit et celeriꝰ. Unde ſtomachus onere vacuus aſſiduus appetit imple
ri. Eam vero rationem nituntur. confirmare ex egrotantium conſue-
tudine qui per huiuſmodi fructuū eſum receperant veſcendi appetitū At

huiuſmodi michi cauſe autũnalis edacitatis minime ꝓbantur Pinorum
enim et ficuum ⁊ uuarũ ſimiliumqꝫ fructuũ eſculenta et humectant ſto-
machũ. ⁊ frigidiorem efficiunt Id autẽ ut cõcoctioni detrimentoſum eſt
ita etiã comedendi appetitũ aufert Itaqꝫ alia michi cõmodior occurrit ⁊
probabilior ratio Autumnum eſtas anteceſſit At per eſtatem intimus ille
calor noſter et proprius quo naturaliter alimur diſpergitur fitqꝫ imbecil
lior ac rarior Idem in autũnum cogit' curſus receptusqꝫ penitus intra cor
pus propter eius denſitatem atqꝫ refrigerationem exteriorem vim ſuam
roburqꝫ reaſſumit. Preterea cum per eſtatẽ magis utimur potu ac cibis
item humidioribus ob caloris magnitudinem, natura in autumnali tpe
mutationis cupida contrarium querit Itaqꝫ nos maiore afficit fame. ſic
cumqꝫ alimentum corporis reddit temperamẽtũ Quid vero in cauſa re-
ar eſſe ut. Cygni in anima aflanda et ſonorius canant et dulcius dicam
audacter qđ ſentio. Neqꝫ me hoc loco deterrebit ab animi iudicio. Plato
nis auctoritas apud quẽ diſputat Socrates Cygnos idcirco in morte ſo-
nantius canere ac melius quoniam tum maxime prouideant immortali
tatem animorum At ipſe id puto natura fieri q̃ ſtudioſa conſeruat de ſui
vitalis omnis ſpiritus per corpus diſperſos contrahit ad cor tanq̃ ad ar-
cem vitalis preſidij ac roboris Sed ubi natura fruſtra diu multumqꝫ luc
tata neceſſitati parere tandem cogitur ſpiritue illi deſerta cordis ſtatio-
ne emergentes impetu quodam intrinſecus per anularis illos longiſſi-
mi colli ambitus ad os ipſum. ſonum quendã pleniorem efficiunt muſici
cantus ſimillimum Ad poſtremum autem queſitum eſt a te qđ remediũ
afferri queat quo minus quis ebꝛietate ſuperetur: ut in liberiore cõuiuio
qđ greci ſimpoſion nominant. Et ad iſtud quoqꝫ facilis eſt reſponſio.
Druſus germanicus Tiberij ceſaris frater, ut erat vir ⁊ liberalis ⁊ gra
tioſus iſtiuſmodi tuo conuiuij genere delectari ſolitus traditur; Conui
uis autem reliquis ebꝛietate correptus ſolus medicus vino ſuperior ẽ in
uentus cum is tamen longe magis q̃ alius ꝗſqꝫ ſeſe potu obrueret Sed
poſteaq̃ eſt aĩaduerſum conſueſſe medicum anteaq̃ bibere inciperet veſ
ci ſꝑ quinqꝫ aut ſex amaris amygdalis. ubi id facere eſt a Druſo prohibi-
tus mox poſt paruum etiã potũ ebꝛietati conceſſit. Potes igitur etiã tu
quandocumqꝫ vel germanos vel burgũdiones tuos. qui et ipſi quoqꝫ ex
germania olim profecti in Gallia conſederunt iſtiuſmodi conuiuio acce-
peris. ſolus videre ſobrius. ſi volueris per huiuſmodi amarorum eſum
amygdalorum vino iter prohibere in venas Qđ ſi huiuſce rei queſieris ra
tionẽ ea mihi videtur eſſe qꝛ vis amaritudinis naturaliter deſiccat atqꝫ
conſumit humiditates. Itaqꝫ ex omnibus liquoribus amarus maxime
guſtum offendit (ut ait Plato) utpote q̃ lingue venulas q̃ et molles ſunt

et rariores contendit. humiditatibus ex ariditate reſolutis. Videm[us] eti-
am hulcera. amaris medicamentis extenuari ac purgari. Sed hec Phy-
ſicis relinquamus et medicis. Vale ex Mediolano Nonis
Aprilibus. M. cccc xli

# Angeli politiani quedam familiares. Epiſtolae ad quoſdam viros illuſtres Incipiūt

Angelus politianus Ceſari Carmento ſuo Salutem

Contemni te putas q nō reſcribo Contēnerē ſi reſcriberem Quos enim contemno: reſpondere his audeo vel occupatus Tibi nec ocio ſus Vale

Angelus politianus Jacobo modeſto ſuo Salutem

Doles q non reſcribā. dolore deſine iam reſcribo Vale

Angelus Politianus Cuidam Salutem

Non preſtas que pollicitus Conqueror ſi oblitus: magis etiam ſi nō oblitus: Oblitum fuiſſe vix amici eſt: Non preſtare cum recorderis proſus inimici Vale

Angelus Politianus Pico Mirandule Salutem

Que vellem corrigeres: tu laudas Hoc vero facile facio: qd ſe nuper fa- cis Vale

Angelus politianus Amico Salutem

Iraſceris q iſte me Simius carpit Non ideo me carpit: vt carpat Sz vt tibi victum querat homo famelicus apud quoſdā qui multū gau- dent aſſentatoribus: plus tñ detractoribus Vale

Angelus politianus amico Salutem

Si te ob diuitias amare cepiſſem: deſiiſſem tibi nunc eſſe amicus cum tu deſiſti eſſe diues. verum ſi nunc dediſſem ne tum quidem cū fuiſti diues: fuiſſem tibi amicus: ſed adulator quod eſſe qui poteſt. is eſſe liber non poteſt Vale.

Angelus politianus amicis. S.

Multi ſimul epiſtolas poſcitis. Multis ecce mitto: ſed vnicā Conue- nit vnica multis: quos pariter diligo. que tamen erit: vt multe quā- do multi legetis Valete

Angelus politianus Inuido

Inuides omnibus oia: preter inuidiā. Sed et hanc inuides tuo cōpa- ri: qui magis inuidus etiam q̄ tu: ſic inuidiā tibi nō inuidet: q̄ tu illi tamen inuides. Ita rurſus ille minus inuidus. Qui ſit is non dicam Nam ſi nomen veſtrum profe- re miſeriores faciam q̄ nunc eſtis.

rem: nomen quoqꝫ ipſum vobis inuideretis: nec vterqꝫ vtriqꝫ modo: ſed et vterqꝫ ſibi.

Angelus politianus Maledico.

Maledicenti nõ maledico: ne maledicere mihi tu forſitan: hoc ẽ ne laudare me deſinas. Quis eñ laudatur verius. ꝙ cui maledicit a malo viro Te vero appellare malũ virũ: tantum a maledicto abeſt vt nihil dici poſſit melius.

Angelus politianus laurencio medici. S.

Cygnus Poeta ſimilis: vterqꝫ candidus. vterqꝫ canorus: vterqꝫ fluuios amans vterqꝫ. Phebo gratus. Sed negatur canere cygnus niſi cũ zephirus ſpirat. Quid igitur mirum ſi taceo tamdiu tuus poeta: cũ tu tam diu non ſpires meus zephirus: Vale

Angelus politianus. Pico mirande. S.

Vincebar abs te prius doctrina vincebar ingenio: ſed vinci tñ letabar atqꝫ adeo letor: quoniã te diligo: quũ ob hoc ipm diligo: ꝙ his vincor At nũc: ⁊ humanitatẽ me vincis. Hoc equidẽ ferre nequeo qm̃ turpe: ſꝫ iam fero Nihil eñ turpe mihi: quod honeſtum tibi. Vale

Angelus politianus amico. S.

Doles: ꝙ amicus in diſputatione te vicerim. dolere non debes. Nã ſi ſunt amicoꝝ communia omnia non magis ꝙ tu victor ego. nec minus ꝙ tu victus Sed hoc tu fortaſſe doles: ꝙ hac amicorũ lege nec ego plane ſum victor qui te vicimus. Vale

Angelus politianus amico ſalutem

Reprehendebã facinus: ꝙ te diutius oblectares in agro. Cũ mihi redditus abs te calathus floribus plenus ⁊ quidẽ roſidis adhuc multicoloribus: ac ſuaue olentibus. Inuidere (fateor) tibi agꝝ volebã qui flores tam pulchros educaret. Sed vt epiſtolam tuã deiñ legi: floribꝰ aliis multo pulcrioribus cumularã. ꝙ calathus fuerat. inuidere potius agro cepi qui de tuis (vt mihi videtur) epl'is floruiſſet. Vale.

Angelus politianus amico. S.

Dolui vehementer: letatus ſum vehementer ꝙ egrotaſti: ꝙ et conualuiſti. Vale

Angelus politianus amico. ſalutem.

Mitto lilia: non vt gratũ faciã tibi: quãꝙ tibi quoqꝫ: ſed vt ipſis liliis hoc eſt ne marceſcant. Vale ferrarie. idibus. Auguſtis Anno a natali chriſtiano. M. cccc. lxxxiiii.

# Joannis Pici Mirande

# Auree epiſtole Joannis Pici Mirādule viri omnium mortalium doctiſſimi eloquentiſſimiqȝ.

Reuerendo in chriſto patri fratri. Baptiſte. Mātuano ordinis carmelitarū poete phō et theologo inſigni ꝛcet.

Filius Joannes. miran.

Joannes Picus Miran. Aldo manutio. S.

Mitto honorem: quem deſideras ſerius tamen q̄ȝ et tu voluiſti et ego debeam. Ita mi alte diſtringor occupatione vt neqȝ inter ſpirandi ſit locus Addixi me (quod et tu noſti) iam dudum in litteris in famulatū Ille pro ſuo imperio ita ſeuere legēdi diſtandi exigunt penſum vt vix valitudinem redimam. In qd ita ſcribis facturum accinge ad philoſophiā ſed hac lege vt memineris nullā eē philoſophiam: que a miſteriorū veritate nos auocet. philoſophia veritatem querit. Theologia inuenit. religio poſſidet Vale Florentie Die vndecimo februarij. M. cccc nonageſimo anno gratie.

Joannes Picus Mirā. Hermolao barbaro patriarce aqlieñ. S.

Audio te patriarchā aqlienſem electum. Gratulor illis hominibus paſtorem optimū. toti eccleſie militem ſtrenuiſſimū tibi tue virtutis illuſtrande amplificandeqȝ occaſionem datā. Tria fere videndi genera. ciuile. contēplatiuum. religioſuȝ in illo prudentium in ſecundo doctrinaꝛ in tercio quaſi faſtigio totius vitē preter duo illa etiā ſanctitatē exigim? Te antē hac et tua ciuitas in repu. gerenda magniſqȝ eorum tractandis rebus diligentiſſimuȝ prudentiſſimumqȝ ſunt experti. et ſtudioſi omnes quaſi patronum ac vindicē bonaꝝ artiū amant et admittantur. qd erat reliquum hoc te facturuȝ et procul dubio ſcimus ita ſerio gaudemus vt ſi non minus tibi in poſterū eccleſia debeat q̄ȝ et tua ciuitas et littere hactenus debuerunt

Joannes Picus Miran. Hermolao ſuo. S.

Quid eſſe hoc dicam mi. Hermolae q me quotidie nouis oneras officijs. quaſi tu mihi aliquid debeas. cui ego iampridem omnia debeo: Venit ſuperioribus diebus huc. Antonius frater in patriam ſe recipiēs Rogo quid. Hermolaus ait hoc in quit ille ait. Te amat laudat in celum fert apud me apud alios. apud ipſum pontificē. atqȝ hoc ita aſſidue. ita valide ait. quaſi nihil habeat preterea quod agat. Scribunt item ad me aliquando quos iſtic habeo amici. vnus precipue. Coſmus pactius. vix ſemel laudes eius complectar: dignus quem tu vnice amas Is vero quotiens ſcribit totiēs de tuis in me officijs ſcribit. de amore. de mira quadā

animi propenſione vt ſentias vt loquaris de me ſemper honorificentiſſi-me. O inauditam hanc tuam humanitatem qui nunq̄ ſatis tibi eſſe in homines dictionis putas et ſi talis erga me es quo me facias magis tu-um magiſq; obliges actum: vt dicunt: agis. Aut plus debere aut ama-re magis non poſſum Sed ita homo es alios omnes prudentia moribus doctrina humanitate etiam te ipſum vincis Vale et me iam queſo lauda modice dum tamen ames immodice Salutat te policianus in te aman-do et laudando ſemper verus ſemp̄ immodicus
Flore. die vltima Julij m cccc. lxxx

¶ Joannes Picus miran Hyeronimo Salutē

Niſi angelus noſter ad te ſcriberet ego plura ad te ſcripſiſſem ſed no-lo picas meas illius muſis obſtrepere et voluptatem tuam impor-tunus ego interturbare: Quod ſi beneficium intulit. qui abſtinuit in-iuria. quam inferre potuit. hanc litterarum breuitatem nō potes mihi pro beneficio non imputare quod eris pulcherrime remuneraturus ſi p̄ breuiſſimis longiſſimas michi ipſe reddideris Nihil enim nobis tuis lit-teris gratius: quibus queſo ne me defraudes alioquin ſi ſilueris par pa-ri reponam Namq; ego tunc maxime non ſilebo ſic enim te perbelle re-talianerim Vale et Hermolaum noſtrum delicias Romane lingue meo nomine plurimum ſalutato

¶ Joānes Picus miran. Jo Franciſco pico nepoti Salutē

Quod hactenus tuis litteris non reſponderim hoc fuit in cauſa incide-runt in manus meas libri quidam hebraici quibus iā perpetuā ebdō-modam aſſiduus fui dies ac noctes: ita vt pene me exoculauerit Eſt em̄ hinc ad. xx. dies diceſſurus qui huc libros attulit. ſiculus quidam hebre9 quare dum me ab illis extricauerim: ne litteram quidem a me expectes neq; enim poſſum momentum ab illis diſcedere: Ne forte illi diſcedat prius q̄ ego eos omnes excuſſerim. Cum ab hac cura liber fuero obruā-te litteris quanq̄ ſis animum me habere occupatiſſimum. Si quid autē tu vnq̄ mea cauſa es facturus: da operam qua ratione potes ne meum iſtuc aduentum Carri priceps deſideret ſtudia enim omnia interturba-rem mea. quibus noſti tu q̄ ſim deditus: q̄q; nichil preter ea curē haud ſatis autem michi conſtat vtrum mihi moleſtius: illi an michi diſplicere Vale et deum time et te quotidie cogita eſſe moriturum
Ferrarie. xxx. Maij. nonageſimo ſecundo

¶ Joannes Picus Miran. marſilio ficino. S.

Qui ab amicis quod cupiunt pluribus contendunt. iniuriā faciunt

amicicie: quaſi ipſa nõ poſſit quod poteſt illecebra orationis. Quare agã tecum ſimpliciter vt ea exigt que mihi tecum iampridem intercedit beniuolentia. Eſt hoc tempore ad mea ſtudia plurimum neceſſarius iam bliſcus platonicus. hunc ſi ad me miſeris perpetuo me tibi officio deuinxeris erit hic ad dies vinginti aut ſummum aut menſem illico per tabellariuꝫ remittetur. Tu iterum et bibliotheca mea et rebus omnibus vtere atqꝫ tuis. Vale.

Joannes Picus mirã. Taddeo vgolino. S.

Gratiſſimas habui litteras tuas. plenas amoris. fidei et charitatis non ob id tantum ꝙ tu mei memineris ſed ꝙ ĩ illis me amice amones vt ego ipſe. mei id eſt bonorum ſtudiorum. et quam dedi expectationis ſuſtinende meminerim. Equidem infirmitatis mee conſcius nichil. vel mediocre de me policeri auſim. Sed ille a quo omne bonum pater luminum clementiſſimus. vt ante hac dedit vnde de nobis aliquid ſperarent hões ita dabit in poſterum vt tã bene cõceptã opinione fruſtra nõ habeam?. Romam proper o vbi de noſtris ſtudiis periculum vel cum periculo faciemus. Si quid profecerimus dei eſt munus: illi laudes et gratie. ſi quid defecerimus: noſtra eſt in becillitas nobis imputator. Ceterũ ego ſum tuus vt qui ob tuam et vite. et morũ integritatem vix Hieronimo noſtro in te amando primas conceſſerim. Vale ex fractra

Joannes Picus miran: Theme medio. S.

Nõ alidius nunq̃ me oblectatum memini ꝙ nuper. dum tuam epyrotam legerem fabellam procul dubio facetiſſimam cũ argumẽti feſtiuitate: tũ ſtili eruditione priſcas etiam comedias ꝓuocantẽ. qđ. n. has nouicias dicã ineptas plane et infacetas q̃ auctorum infantiam facile declarant digna profecto fuit: q̃ Hermolao barbaro neſcio an tuo. ꝙ mea magis nominatim dicaretur Cui vni omnes litteratos tantuꝫ debere exiſtimo quãtũ vix debent antiqui Qđ me ea minime fraudaris feciſti pro tua in me ante hac pſpectiſſima beniuolentia Nec eſt quicꝙ apud me tãti. quod ſi tibi quaſi mutuuꝫ miſſitem: relatam gratiam abunde putem Comedie noue quã mihi polliceris iam expectans inhio Neqꝫ eſt q̃cꝙ ꝙ ea magis optem preter vnũ ad nos aduẽtũ tuũ. quẽ (niſi ad decem dies hinc mihi abſcedendũ foret vt ex fita noſtro te cognouiſſe arbitror) efflagitaro certe abs te impetraſſeꝫ. Eſt enĩ ex his coniicere q̃ ſcripſiſti: quid ſit futurum amenitat' in cõſuetudine: qđ in ipſo conuictu q̃d in viuis vocibus. q̃ profecto latitantem habet energiam que altius animum voluptet afficiat qꝫ miris modis qui omnibus ſcriptionibus longe p̃ponderant Sed quãdo vt non licet interim a me com̃odie materiam non expectes.

Malo vtrumq; tuo penu promas. vt. Thomam medium non medium ſed totum fabella ſapiat Vereor enim ne obſequẽdo tibi. hebetudo ingenij mihi iacturam faceret Et ex eo quod de noſtro admitteret. ab opifice opus degenerare Apud me nihil eſt non expoſitum. inſulſum. fatuum. plebium. At deſideram hec comedie neſcio quid ſecretiorum rerũ ſalſum mordax. elegans. acutũ tibi tuiq; ingenij amenitatib⁹ peculiare. Quare rem matura mihi futuram q̃ gratiſſimã vt qñ te corã fruar hac ratione vel abſente. Quod ſi: vt dixi ante: tã citus hinc mihi diceſſus nõ fuiſſ; ꝓfecto aliquot dies et genium ſimul et ingenium excoluiſſemus. Vale

Joannes Picus Miran Hieronimo donato. S.

TAm diu: que mea eſt negligentia: ad te nichil ſcripſi: ea vna fuit in cauſa ſilentij huiuſce noſtri Patiar me hoc crimine a te cenſeri. negligentie. ſ. Alioquin nec obliuioſum virum nec amiciciarũ deſertorem Quas mihi aduerſus id ingenij amicos. quo es donatus non temporarias. ſed perpetuas omnino ſtatuo.

Joannes picus miran. Hermolao ſuo. S.

DEdi ad te litteras ſuperioribus diebus per ſitam noſtrum. Neſcio an delate fuerint Cõmentaria que petebas in Ariſtotelem cur non acceperis. ex eodem te intellexiſſe non dubito Venient cum primum ego ad bibliothecã meam rediero qui alienas huc in preſentia exploraturus veni: Nec eſt cur vie me peniteat adeo multa hic reppeti tum greca. tũ latina. ad humaniores litteras: eruditamq; philoſophiã facientia Qui et hac ipſa die. qua hanc dabam. incidit in manus: Apulei fragmentũ de interpretatione opus eſt eruditum. et qđ Ampulei plane eſſe cognoſcas ſed mutilum mancũq; Scirem abs te libenter iſtic ne aut vſq; quod ſcias integer habeatur: Quanq̃ cũ tua ediderís que habes ſub incude nõ erit amplius cur. Apuleum deſideremus. De ſtudijs meis ego quid ad te ſcribam nihil habeo niſi aſſiduum me in Hermolao eſſe mearumq; norium maximã partẽ: in tuo themiſtio vigilare. Diuerti nuper ab ariſtotile in achademiã. Sed non tranſfuga: vt inquit ille: verũ explorator: Videor tamen: dicã tibi Hermolae qđ ſentio: duo in platone agnoſcere: et Homericã illam eloquendi facultatem ſupra ꝓſam orationem ſeſe attolleram ꝟ ſenſuũ; ſi quis eos altius introſpiciat: cum ariſtotile omnino cõmunionem. ita vt ſi verba ſpectes nihil pugnantius ſi res nichil cõcordius. q ſi quando dabitur. id qđ votorum meorum ſumma eſt tecum ad dies aliquot phari. agemus de his coram latius et ſenſuq̃ huius mei periculum aliquod faciemus

Vale cui noſtri decus. Flo. M. cccc. lxxxiiij. die. vi. decẽbris

Joãnes Picus Mi. fratri Baptiſte Mantuano carmelite. S.

SAlue pater optime olī ad te nõ ſcripſi ſed interī legi q̃ tu ſcripſiſti. diuina ſcilicȝ atq; ſanctiſſima illa poemata in q̃bus ea rerū maieſtas ſplendor eſt eloquẽtie. vt certatim in illis palmã ſibi vẽdicare verba atq; ſentẽcie videaṅt. felix q̄ velis optima eadem poſſis. felices nõ quib⁹ nõ ſolum legere que ſcripſiſti. ſed etiã te amare. te videre te alloqui datū ẽ Dines hic michi materia et q̃ nõ epiſtolã. ſed iuſtũ volumẽ impleat ſi euagari me in laudandis tuis poematis vel imbecillitas noſtra fineret vel pudor tuus. Hoc vnũ dixiero delectari me adeo. lectione tuoꝝ carminũ. vt fere quotidie cũ me vel tediũ vł fatigatio ceperit in illam quaſi in hortum ſolitus ſim ſecedere. Unde animo tãta ſemꝑ abońt voluptas vt nihil cupiat magis q̃ᵹ iteꝝ fatigari vt iteꝝ recreetur. Philoſtratũ de Appolonij vita ſi ſatis illo es vſus. deſidero et zacharie philoſophi: quez te nactum. Rome dixiſti exemplar cura vt aliquando habeam. preterea q; indicẽ bibliothece vr̃e Bononienſis. ſi tuo id commodo fieri poteſt. Vale.

Joannes Picus Miran. G. F. S.

QUeſitum diu apud me fuit tecum ne ſilentio an litteris agendu; foret Que res vtpote ãſam vtrimq; habens. cũ nunc in hanc nũc in illam ꝑtem a me iudicaretur in cauſa fuit cur in hoc vſq; temp⁹ tecum ſiluerim. Videbatur enim me auribus preſertim occupatiſſimi leutoribus his nugis obſtrepuiſſe non minus impudẽs q̃ᵹ in oportunũ et erat quod ad te ſcriberem te dignum penitus nichil. Rurſus ſi hominem qua tu es dignitate inſignem de meo optime meritum quando coram non poſſem ꝑ litteras non venerarer ab officio ꝓcul dubio deficiebam. His cum diu fluctuaſſet animus vicit tantem pudorem pietas ꝑſuaſitq; audaculi ꝟ temerarij ſubeundã potius notem q̃ᵹ obliuioſi hominis vel negligẽt; Accipe igitur. G. P. qua me excipiebas ſemꝑ cũ iſtic eram hilari et porrecta fronte. litteras meas ineptas illas quidem ꝟ incõpoſitas. ſed fidei erga te mee ſed ditiſſime tibi ꝑfecto volũtatis grauiſſimū teſtimonium Quibus hoc vnũ tibi i ꝑmis ſignificari volo nihil eẽ quod magis cupiã q̃ᵹ dari mihi occaſionem aliquam q̃ teſter dilucide apud te reliquam meam in te fidem pietatem et obſeruantiam. His enim ſi periculum aliq̃ fecceris ita me inter eos q̄ tibi deditiſunt ſuꝑiorẽ eẽ cognoſces vt tu ceteros tui ordinis ãtiſtes virtute doctrina ꝟ ſanctimonia mirum in modũ ãtecellis.

Joannes Picus Miran. Jacobo feltrino. S.

LIttere tue ſi q̃n alias nũc me maxime oblectarunt q̃bus eã de me exiſtimationeȝ apud te eſſe cognoui: qua ne ſingi quidem voto melior poſſit Unum illud me ꝑturbauit q̃ᵹ cũ in ĩjs que ad te ſcripſi nihil notatu

ris ſuſpitionem feciſti ne cuncta nota digna exiſtimaueris. Tunc em̄ vel placuiſſe plurima credidiſſem cū diſplicuiſſe aliqua ſignificaſſes. Quo fit vt ne teſtimonio tuo alioquin ꝓbatiſſimo in mea cauſa ſat᷒ cōfidā Amas enim noſtra omnia ꝑinde atq; nos: et cū ex innata ingenij tui facillitate cūctos tollas id tibi p̄cipue in rebus noſtris accidit qui id omne qđ in nobis eſt ex tuo fonte manauit. Equidem emulari te: tuis ꝑſtare veſtigijs nec deſiſto nec deſinā Vtinam te aliqn̄ cōſequar. Sed hoc doleo ꝙ locorū intercapedine fiat quo minus te altiſſimos phie locos vt ſoles grauiter pertractantē coram audiam Qđ et ſi eadē que dicis ꝑ epiſtolas veſtras mitti poſſunt (id qđ impetratū abſte maxime velim) habet tū neſcio quid viua vox qđ magis afficiat efformetq; diſciplinū. Vale

Joannes Picus Miran. Hyeronimo Donato. S.

ACcepi litteras tuas et ſuaues ꝓfecto et eruditas qbus non aliter oblectatus ſum atq; olim tua cōſuetudine cū patauij eſſem quoties ea mihi fruendi occaſio offerebatur cuius quidē et cupidus et appetētiſſim᷒ ꝑter tuā etiā opinionem ſemꝑ fui Neq; enim latebat me ꝙ dulce ꝙ amenū eſſet. Donati ingenium: ꝙ bonis omnibus diſciplinis omni demum virtute exuberans vndiq; atq; refertum. Sed ita eſt ꝓfecto mi Hyeronime ita michi perſepe contingit facultas et libera ⁊ expedita eius (quā maxime rem cupimus) adipiſcende inertes nos facit et negligentes dū enim id quod hodie p̄termittimus. et cras fieri per quā cōmode ſperam᷒ fit demum vt ex hac ſupina dilatione noſtra conuenientibus nr̄is effluat annus Sed quando res ita recidit feciſti tu quidē perpulchre: qui me nūc etiam ad hoc officij gen᷒ obdormientem tuis litteris excitaſti. Quo vtar aduerſum te ſepius in poſterum vt te (vt itidem facias) rogatum maxie velim Quod attinet ad tua carmina fuerunt illa quidem dū eſſem patauij apud me cōplures dies. meminiq; me libelli amenitate et lepidiſſima verſuum compoſitione delectatum plurimum Sed niſi fallor anteaꝙ illinc abceſſerim Ramuſio reddita ſunt. De ceteris que aut in me aut mea ſunt ita conſtitutum habeas vt vel eis pro tuis vſurus ſis vel certe et mihi ⁊ amicicie noſtre facturus iniuriam Vale.

Joannes pi. Miran. Angelo. S.

QVm tenues muſas meas quibus dum per etatem. licuit de amoribus meis iocatus ſum in libellos quinq; degeſſerim. mitto ad te illorum primum miſſurus reliquos ſi in hoc vno amicum experiar te non aſſentatorem. Ea enim lege ad te veniunt. vt caſtigentur et vapulent: vt erratorum penas et vngue et obeliſcis luant Adhibe igitur te illis equū iudicem. non iniquum hoc eſt ſeuerum non indulgentem Nam que maior iniquitas ꝙ amicū fallere de te ſibi omnia promittentem: non eo vſq;

ingenio delicato ſum vt alienas lituras faſtidiã. non adeo mihi bellus vi-
deor vt cenſorem vel negligam vel accuſem. Quin forte nec tu nec quiſpi-
am crederet. q̃ hec mea mihi non ſatiſfaciant. q̃ in hijs eſſet que magis
placent ne ſim vt inquit ille: Suffenus timeam. Ni mirum omnes falli-
mur nec videmus manticam que in tergo eſt Quare operam tuam in te
honeſta et liberali amiciſſimo homini ne deneges: tã multo p̃ſertim ſtu-
dio: tã ex animo eam efflagitanti Quod ſi is eſſem a quo in eiuſmodi te tibi
gratia referri poſſet. non tacerem grecum illud Liſippum apelles & apel
lem liſippi alterna opera viciſſim vti ſolitum Vale.

## Joannes pic⁹ Miran. Angelo politiano. S.

Cum ſuperioribus annis. Florentie eſſem amatorias elegias quatu-
or apud te reliqui: quas (vt fit) exercendi ingenij gratia per id tẽp⁹
pene puer effinxerem: Erãt ille quidem inſule ineruditate. et leues que
auctoris etatem et inſcitiam facile pre ſe ferrent tu tamen illas non ꝑ rei
merito ſed pro tua benignitate vel indulgenter approbaſti Et ob id ipſuꝫ
vt fidem faceres quod approbaſſes exemplaria petiuiſti: profecto non igna-
rus ea eſſe animis adoleſcẽtum ad virtutem acerrima incitabula vt lau-
dis cupiditate illecti: quam libauerint gloriolam mox deguſtare alti⁹ cu-
tantur Vt enim deſpectatione vires et iacent protinus et frigent ita ſpe
attolli atqꝫ inflammari nemo eſt qui dubitet. Sed iam etatis patrocini-
um tollitur et quibus antea ſubſignabatur erroribus: nunc vitio michi
vertetur q̄ non eos iam maturior annis aut repugnauerim melius aut
delenerim Que igitur apud te carmina ex noſtris ſunt (ſi me amas) aut
remittas ad me: aut laceres: aut igni tradas. Ea omnia elaborata ma-
gis et cum plura alia que poſt q̃ iſtinc abceſſi michi per ocium exciderunt
breui tue lime demandabuntur. Interim que ſine amici intertrimento
viuere non poſſunt capitali damnẽtur calculo. Preterea epitectum tuũ
et que de homere in hanc vſqꝫ diem a te tranſlata ſunt Item que de Iuli-
ano medice ſermone patrio et quecunqꝫ alia latino ſermone compoſuiſti
ad me miſſa omnino velim hoc ita a te peto vt qui impenſiſſime. Ita enĩ
deſidero vt qui impatientiſſime neqꝫ quod recuſes q̄ ea forte ad vmbilicum
nundum deducta ſint. Quando quidem omnia (ſi tua hec fuerit ſenten-
tia) clam apud me futura tibi iam prenuntio atqꝫ polliceor. Vale.

## Joannes picus Miran. Hermolao. S.

Non q̄ quicq̃ habeã te dignum quod ſcribam ad te ſcribo Sꝫ idcirco tm̃
vt reſcribas Alioqui mihi nec cauſa ẽ ſcribẽdi vlla nec argumẽtuꝫ.

argumentū quippe ꝙ dānarim ſemper eorum ſentētiam qui ad amicos ſcribendum ſentiunt vt hoc q̄ſi debitum pendatur amicicie Eſt enim hoc totum ſcribere vt litteras miſſitare amicicie quidem ſʒ infirme et frigidiuſcule: que ſua vi ſubnixa non ſtet ſatis: q̄ratqʒ aliūde vnde conſtat. At que in ipſis animi receſſibus iam penitus radices egit q̄d (amabo) ad mi niculus lr̄ax eget. Dabo igitur. Hermolae barbare ob id ad te meas vt q̄s maxime deſidero tuas alliciam Tu contra ne a me fruſtra deſideren tr̄ tuas reddas q̄ꝫ cumulatiſſime Vt enī infirmi eſt animi adhibere lr̄as amicicie q̄ſi tibicines ne vacillet ita faciem preſtare ſe amicis atqʒ beneficium liberalitatis eſt et beniuolētie ſingularis Vale et muſicā Ptolmei (ſi id in cōmodo non ſit tuo) ad me dedas. futuram hic ad dies paucul os Quid enim a te non audacter petam cui ego iampridem mea omnia noſti dicamqʒ:

Joannes picus Miran. Hermolao. S.

Mihi nunq̄ʒ aut placui magis aut debui copioſius q̄ꝫ hoc tp̄e quo vna epiſtola ad te mea tam ſuaues. tam eruditas tam tui ꝑ ſimiles litteteras ad me vocarim q̄d ſi et abfuiſſe te patanio dū illic fui et deſideraſſe me bienniū cōſuetudinem tuā in cauſa fuit vt hec ad me ſcriberes non p̄t illud q̄cquid ſit nūc nō eſſe iucundū tam abūde vne lr̄e tue votū oē meū nō adimpleruut ſolum. ſed etiā ſuperatū: nā vt ep̄le elegantiā amenitatem. eruditionem ſuauitatē taceā cuius lectio vel beneficij vicē cumulare exigit. q̄ꝫtum apud me eſſe credis. ꝙ tā amāter. tā benigne atqʒ adeo ex animo in amicū te mihi dedas et quo. nec optare mihi q̄cq̄ꝫ maius auſim in me ornando vndiqʒ tuam opam tā liberaliter pollicitaris q̄d q̄dem geius officij non recipiendū adeo ſed mihi abſcendū etiam fateri igenue nec coram erubeſcerem. Quippe ne ipſi ſtoici vt noſtri ꝓbant nec inter has quas greci dicūt affectiones vlla eſſe poteſt laudabilior aut hoeſtior ea. ſi modo inter illas ē que dicitur cupiditas nominis et glorie. preſtari vero mihi hoc nec ab vllo vberi⁹ poteſt q̄ꝫ a te ipſo in quo v̄tutes oēs velut ſingule ſibi palmā certatim vendicant. et ego cui debeam. libentius habeo me certe neminem Eſt igitur hec mihi pollicitatio tua tam ḡta tā appetenda q̄ꝫ honorifica: qua vel id maxime plurimū gaudeo ꝙ egregij cuiuſdam amoris in me tui et amātiſſime volūtatis fidem facit. Habeo tandem quod vt diu antehac deſideraui ita nunc ſerio triumpho Habeo in quā. Hermolaū barbarū latine lingue delicias et bonarum atriū omnium inſigne p̄mptuarū. michi nō beniuolū ſolum ſed amiciſſimū. Hēs et tu itidē. Joānē Picū Miran. ita tibi deditū ita tui ſtudioſum vt q̄ dedi tus q̄ ſtudioſus eſſe magis non poſſit mutuis aduerſum te officijs: quādo preſtare nihil vel grande poteſt vel Hermolao dignum futurū impa

rem quidē ſi vero animū ſpecies certe vel equalem vel ſuperiorē. Vale

Joannes picus miran. et c̄.

NIhil mihi dulcius fuit. dum hic apud nos eſſes tua cōſuetudine. ni hil item utilius ea in mōte morū ſuauitas eſt doctrina: vide antē q̄ mihi dulci⁹ q̄ grā⁹ fuer⁹ dū te fruebar: cū nūc (dū abes) nichil michi ſit dul ci⁹ tui memoria Sz ,pfecto ꝛ amicicie ſedes aīm⁹ ē ⁊ nos id maxie ſum⁹ aī m⁹. ſ. (vt ſcribūt Plato et Ariſtoteles) nō ē cur poſſit diſſidiū iter nos face re vlla vel locoꝝ remota vel diuturna tēporū interualla Cogitabā aūt nūc aliq̄ etiam alia ratione conſequi poſſe vt tecum eē m. neqz aliud in men tem venit q̄ vt nr̄a decepti formi in ſex dies geneſeos enarratione Incu bratio ad te veniret Si. n. libros q̄ſi liberos parimus: et patris maxima pars in filio eſt. veniā ego quoqz ad te in illo quē genui. excipe igitur ve nientē ad te filiolū vt me ſolebas hylaris ⁊ Jubēs placebit ſcio q̇a amas Scio ⁊ diſplicebit itidem q̇a amas Nā eiuſmoi pietatis eſt eoꝝ errata q̄s amamus ſignāt introſpicere vt emendemus et introſpectis. leuiter in dulgere ne vexemus

Joannes Picus Miran. F. B. G. T. H.

SAlue pater dilectiſſime en tibi. Appolloniū quem ſi tu ꝛ virtuti tuis in me officijs: non deberē certe vel his lr̄is quibus eum flagitas tan tus in illis amor tanta humanitas. Eſt. n. ⁊ ſummi amoris quo illuc vo care quo tu iam pueniſti: ad aī. ſ. purgationem hoc eſt ad veram felicita tem ſum me humanitatis hortari me q̄ſi equalē. cui legem dicere q̄ſi filio potes. Sed vtinam vſu eueniat aliq̄n vt in receſſu aliquo vna aliq̄n phi loſophari poſſimus videbis apud me nihil eē pns q̄ vt pietatē cū ſapia cōiu gā Videbis mihi hoc eē p ſuauiſſimū nullā eē ſapiam q̄ exne in nobis ſa pientie imaginē obliteret et ſimiles facit brutis inſipiētibus teſtē habeo contubernalem angelū tm̄ me quotidie de meis ſtudijs. lucro apponere quātū inde ad certamen purgandi animi inſtructior fortiorqz euado Om ni faria hec diſciplinaruz tractatio et quicquid. litteere promittere nobis poſſunt cutem colorās; ⁊ quaſi pichmētata facie nos reddit formoſiores. Ad ſanam firmā robuſtam mentē eperare non aliunde poſſum⁹ q̄ a vi te integritate a moribus a diuina deniqz religione volentem igit cogi (vt ita dixerim) magis velle Sed ⁊ tuis me ſacris p̄cationib⁹ iuua vt poſſim et quod et ego volebā et tu me velle tātope vis Vale pat amātiſſime quē vnice amo: quē in oculis fero. Florentie. xiij. Januarij. M cccc. lxxx expecto tua omnia. Politianus meus delicie tot⁹ litteratetiure tibi aſ cribi ſalutem iubet.

Joannes Picus Miran. Hermolao barbaro. S.

MEmini me cū deliberarem quā nam potiſſimuz ex italie gymnaſijs

mihi ſedē a phie ſtudia deligerem cū me multa patauiū vocarent: libentius illuc petiſſe vt amor in te meus quē iam diu animo nutriueram mutua cōſuetudine tibi palā eſſet: et patauij fui et biennium. Hermolaum tū q̄s credat nec vidi nec niſi (vt mulio aīt) fama cognoui. Ita ſepe euenit vt dum oblatam occaſionem deſidioſa quadā ꝓcraſtinatione cōtemnimus: ea vt lubrica e manibus elabatur. Huius rei me vehementer penituit et penitet. et eo magis ꝙ quā antea rerū oīm doctrinā tuā rumore tū cognouerā eam nūc his oculis his auribus agnoui dū Romam Themiſtiū tuo illo ore: de ingenio anime de primis rerum exordijs de rationādi ſcientia deſertantem audiui Deus bone ꝗtum doctrine: que dictionū diuine quis quando: que mundicies orationis. O virum ꝑclariſſimū O expreſſam antiquitatis imaginem. Erat mihi frequens votū vt Varronis diuinarū humanarūq; rex ſcripta aliqn̄ reuiuiſcerent: vt eſſet apud quem latine phiſicas rōnes ediſceremus. Tu vero et illum et probatiſſimos quoſq; referens eū te nobis exhibuiſti vt nihil aliud ſuperſit qd̄ deſideramus ꝗ̄ vt greca alia interpretando ⁊ tibi vberiorem laudē parias ⁊ cumulatius de naturali hiſtoria. et de ſtudioſis omnibus bene mereare. Hec omnia doctiſſime. Hermolae ad nichil aliud ſpectant niſi vt me tibi amiciſſimū eſſe intelligas me ita virtutes tue ad te et amādū et obſeruādum accendūt vt memini etiā cogitatione tua in amore cōceciā. Sanciet hec in te nos epiſtola amicicie fedus vt honeſtiſſimum certamen mutue charitatat̄ ſubīde certem⁹. Ioānes picus Mirā. ſuo Alexādro corcho S.

Gratiſſime mihi fuerunt. lr̄e tue quas non vt putas ad ignotum ignotus ſed ad amicū et quidem veterem amicus. ne dū ad notū notus nuper dediſti noſti em̄. et tu me antea vt ſcribis et dignū exiſtimaui quē amares Ego itidē de tua doctrina atq; virtute cum a pleriſq; tum a Politiano noſtro ſepius audiui cuius iudicio: q̄s nō cōfidat fecit ille apud me tue ꝓbitat̄ fidē facere pōt et apud te cepte mee ſāpridē beniuolentie Cui quidē ⁊ ſi erat maxima ꝑ epiſtolā tū tuā eos ſcito cumulos acceſſiſſe quos cōcipere aīo vel pauci poſſint. Quid em̄ illa ſuauius? quid eruditi⁹ vt eſt docta vt eſt amabilis ⁊ puccio noſtro de me amice magis ꝗ̄ vere loquenti largiſſime ſubſcribēs. ꝓfecto nec mihi quicꝗ̄ illa gratius a te poterat contingere. nec tua de me opinione ꝗcꝗ̄ honorificentius Pro quib⁹ vniuerſis ⁊ tibi grās ago ꝗ̄ maxias et ꝗcūq; aut mea aut in me ſunt debere Alexādro meo me cōfiteor Epiſtolā quā pet̄ nr̄am ad laurentiū medicē. ad te mitto. Ioānes picus Mirā. Dn̄ico beniuenio. S.

Salue mi dn̄ice in dn̄i ſortē electe Grate mihi fuerunt lr̄e tue gratius ꝙ ⁊ coīā ex fratre dū ſi aiebat: ⁊ ꝑ lr̄as ex. Petro anthonio nr̄o cognoui firmiori te eſſe habitu corpis ⁊ meliori ſtomacho Cura. ſi omnes lr̄e

ſibi ſunt cure. valitudinē tuā de quo profecto nō ob id tm̄ fui ſemꝑ et ſum ſollicitus ꝙ te amo (amo eni̅ vehementer) q̄ꝫ propterea ꝙ lr̄as amo quas tecū ſimul periclitari et credo et certe ſcio Si q̄ de nr̄a in te beniuolentia tibi retulit frater fidē habeas pleniſſimā: Si quid de noſtris laudibus tā parū ei credas q̄ꝫ ille me multū amat Cōmētatoriolū noſtrū nō eſt ꝙ admireris ocioſi cū eē voluimus ⁊ omnino nihil agere id egimꝰ aīm remittētes potius q̄ꝫ intēdentes. Oio preludiū eſt cōmētatoriū que in Platonis ſympoſiū meditamur. Erit in illis qđ tu ſaltē ames ⁊ laudes qui omnia nr̄a amas et laudas De conſilio de queſtionibꝰ (vt puto) retulit frat'. Iā noſti cur ſcripſerim me tibi laborare quid a me petis maxime lubens faciā cū te intellexero ex ea q̄ laboraſti hucuſqꝫ corporis imbecillitate in ꝓmaꝫ optatāqꝫ valitudinē reſtitutū quā tibi eo animo ꝓcor ⁊ opto quo michi tu ſalutē animi precaris et optas Vale ex fracta. Decimo Nouembris. M. cccc. lxxxvi.

Finiunt Epiſtole breuiores elegantioreſqꝫ Franciſci Philelphi. cū quibuſdā viri illuſtris epiſtolis Impreſſe. Leidis per me Ioānem ſeueri. Anno domini milleſimo. CCCCC. ix Feria quinta poſt paſce.




C.E.S. RENAISSANCE TOURS